comes uero minor: quippe qui ſequitur & ducem habet: eſt item co-
mes qui utcunqꝫ ſequitur alterius dictum. Socius uero plærũqꝫ in ne
gociis ſertiſqꝫ rebus & fortunæ arbitrio ſubiectis. Sodalis autem pro-
prie eſt in rebus leuioribus ac ſæpe uoluptuoſis. M. Tullius. Epula-
bat modice cum ſodalibus. Sodalitates enim me quæſtore ſunt inſti
tutæ. Caius autem ſodales inquit: qui eiuſdem collegii ſunt. A quo nõ
ſane diſcordat apd. M. Tullium Antonius: quũ Norbanum quæſto
rem ſuum appellat ſodalem.

Comis eſt benignus homo & facilis: qui aliis nõ grauate inſeruit.

Comitari minorum potius eſt erga maiores.

Commeatus in ſingulari tantũ eſt pro facultate ad tempus a militia:
ab alioue miniſterio recedẽdi: quam præbet militi impator: ꝑpoſitus
ue inferiori: eundiqꝫ quo uelit: a ꝑſcriptum diem reuerſuro. Licet Li-
uius lib. xxxiii. ait: Magna pars ſine cõmeatibus delabebat In utroqꝫ
añt numero pro cibariis ad alimoniã reip. aut exercitus: aut alicuius
multitudinis: interdum etiam priuatim. Cicero pro lege Manilia: laꝫ
commeatu & priuato & publico ꝓhibemur.

Commendo te regi. i. committo: cõmendo te apud regem. i. laudo.

Commentarii omnes ſunt libri: ſed nõ cõtinuo libri cõmẽtarii. Nãqꝫ
ubi res ſunt late diffuſeqꝫ explicare & nõ breuius q̃ poterant tractatæ

libri tantũ ſunt:non commentarii. Vnde Cæſaris cõmentarii:in quib⁹ ad exequendã hiſtoriam aliis uidet̃ ſubieciſſe materiam.
Commentarii:nomẽ qd ſignificet tertio declamationum libro Seneca declarat:quũ dicit. Sine commentario nunq̃ dixit:nec commentario content⁹ erat in quo res nudæ ponunt̃. Et Cicero in Bruto: Non eſt oratio ſed capita rerũ & orationis commentariũ paulo plenius. Dicit̃ aũt commentarius & commentariũ. Commentarii & commentaria in alia etiam ſignificatione: q̃ ẽ ut lentio expoſitio & interpretatio autorũ. Quidam quoq; talia huiuſmodi opa commentũ uocauerũt: ut Nigidius. Donatus. Priſcianus:aliiq; nonnulli.
Commentitia ratio q̃ ad tempus commenta & excogitata eſt.
Commigrare:emigrare demigrare ſimilia ſunt huic uerbo migrare: quod eſt domiciliũ mutare:& alio ſe ad habitãdũ conferre relicta priore habitatione. Remigrare aũt reuerti in priſtinũ domiciliũ. Tranſmigrare in longinquiorem locum domiciliũ habitationem ue mutare. Immigrare in domũ aliquam habitandi gratia ire. Ea propter homines q moriũt̃ migrare dicunt̃. Etenim q moriunt̃ tanq̃ domiciliũ corporis relinqueres alio ad habitandũ dũtaxat anima ſe transferũt. Tũc aũt cũ appoſito rectius q̃ ſine appoſito utemur:ut apud Ciceronem libro. vi. de rep. Anteq̃ ex hac uita migro:& Quint. in corpore pie*cto Seu quũ ad infernas ſedes anima migrauit. Contraq; nequaq̃ milites quũ caſtra mouent:aut de ſtatione munitionib⁹ ue diſcedũt. Migrare dicunt̃:ut pote ubi domiciliũ non habuerũt nec in domiciliũ ſe cõferũt. Decedere aũt quid ſit uide in littera. D.
Committo ſequente:ut uel ſimul dictione ſemper in malam partẽ accipitur. Vnde Cicero ait: Non committas ut dicẽdũ ſit non putaram Quinti. quoq;: Non committam ut illa dubia faciam defenſionis ſolicitudine. Et alibi:nihil tibi minus committẽdũ q̃ ut ulciſcaris hoc flagitiũ. Nec recte dicas fac committas ut omnes te laudẽt:aut ſic nõ cõmiſiſti unq̃ ut lauderis:propterea ſemp habet ſecũ negationem.
Commodatarius qui commodatũ accepit:paſſiue enim accipit̃: Vt legatarius qui legatum accepit.
Commune eſt hoc oĩbus & oĩu;. Vel commune mihi tecũ & cũ cæ.
Comparo hanc rem illi: & cũ illa. confero illi & cũ iſto. Præterea hic non eſt cũ illo comparandus: melius de minore ad maiorem dicit̃: ut Vergi. cũ Homero Horatius cũ Pindaro non eſt comparandus: q̃ e diuerſo. Sic Homerus cũ uergilio Pindarus cum Horatio non eſt cõparandus: e diuerſo tñ nõ nunq̃ reperit̃.
Comparatiui natura eſt ſuperare in ea qualitate: quã optinet poſiti-

uus:ut Antiquior te ego ſum.i. maior te natu ſum.
Comparatiuũ reſolui p magis & poſitiuũ Priſcianus uoluit. Sed per cætera quoq; reſoluitᷣ quæ eũdẽ uſum pſtant:ut fortior plus fortis. uehementius:forti s ualidius fortis & quæ ſunt eiuſmodi.
Cõparatio ſit uel ad unũ uel ad plures iam ſui generis q̃ alieni:q̃uis græci honoris cã ſue gentis magis q̃ rõne ueritatis dicũt nõ poſſe ad multos ſui gñis ſieri cõparationẽ. Alii ãt dicũt hanc eẽ rõnem pptet quã nõ utunᷣ tali cõparatione:q; quũ ad plures ſui generis ſit cõparatio ſuplatiuo Poſſumus uti:ut fortiſſimus grecoꝵ Achilles. Sed ſuperlatiu⁹ multos alios excellere ſignificat. Cõparatiuus uero põt & paruo ſuperantẽ demonſtrare. Vnde ẽt diminutionem iure accepit: apud nos:Maiuſculus: minuſculus:hæc priſcianus A quo tam pro græcis q̃ p latinis diſtentio. Nã q̃ro a priſcia. quonã mõ græci diſtinguerẽt ſenſum cõparatiui:a ſenſu Suplatiui:cũ ipſi cõparatiuo quoq; genitiuũ tribuãt:niſi hac ratione:ut hoc ad unũ. Illud referaᷣ ad plura:loquor quoties cõparatio ſit ad eos:qui ſunt eiuſdem generis. Nã ad eos:qui ſunt alieni:neceſſario quoq; utunᷣ genitiuo p cõparatiuũ cum ablatiuo careant. Cum dico comparationẽ more priſciani:tam Superlatiui q̃ cõparatiui intelligi uolo. Atqui apud latinos iſta ambiguitas nõ eſt. qui cõparatiuo ablatiuũ tribuimus. Tamẽ tanti momenti eſt illa grecoꝵ ratio ut eam latini ad formã græce conſtructionis imitati ſint hoc eſt:ut cũ genitiuo iungerent cõparatiuũ:utiquẽ inter duo. Nam ſuperlatiuũ non dubium eſt habere locũ inter plura. Vt aiacum fortior fuit thelamonius. Et manuũ melior ẽ dextra: ſi uero tres aiaces fuiſſent:diceremus nõ fortior:ſed fortiſſimus: ſicut digitorum longiſſimus non longior medius. Horatius. O maior Iuuenũ inquit enim ad duos piſones filios:patrẽq; ſcribebat. Ouidius In perſona Medææ:quæ duos filios habuit:cum minore: pueris iuſſus ſtudioq; uidendi:conſtitit ad gemnæ limina prima foris.
Comparatiuo utendũ eſt ad unũ ſui generis:ad plures ſuplatiuo:ita apud nos ut apud græcos. Qui ẽt ad plures diuerſi gñis cõparatiuo utunᷣ:ut & nos. Vt aicum fortior fuit thelamoni⁹. Ego ſum doctiſſimus romanorũ. Et achilles troianis fortior fuit. Hec Lau. Tu uero in lima leges cõparatiuo latinos uſos ẽt ad plures ſui generis.
Cõparariuo & Suplatiuo iungiᷣ ẽt Inter & Ex. Quint. Qui iter nos ut apparet:fortior fuit. Et in geminis: dii phibeant:ut ex duob⁹ filiis uilior incipiat eſſe periturus:ſic ẽt de Suplatiuo legitur.
Cõpertũ eſt mihi:& exploratũ eſt mihi idẽ eſt qđ ſcio p iueſtigationẽ Similiter cõperi & exploraui:conſtitutũ eſt mihi deliberatũ eſt mihi

Decretum eſt nihil:idem quod apud me cogitando firmatū ē: Simi-
liter conſtitui & decreui. At non ita deliberaui:poſſum nāq; delibe-
raſſe:& nihil cōſtituiſſe. Itaq; differt an dicamus ſenatus deliberauit:
an ſenatui deliberatū eſt:ideſt decreuit. Exploraui tamē pro inueni ſe
re accipit cū exploro idē ē:qđ inqro ſagaciter. Vnde exploratores.
Complacitus ab actiua uoce:ſicut fluxus uenit:habetq; ſignificatio-
nem nec actiuam plane:nec paſſiuam ſicut fluxus.
Complodere eſt aduerſas manus inuice colliderer quod fieri pluribꝰ
de cauſis ſolet:uel ad teſtificandū more fœminaꝝ dolorem:uel pre-
gaudio:uel p ſubitā admiratione nel ſiquæ ſunt aliæ cauſæ. Supplo-
dere eſt pedē teræ incutere:quod interdum ſolet in oratore laudari.
Explodo non tantum ſignificat eiicio:ſed eiicio manibus: & quidem
cum ſono pulſantibus. Qualiter quēpiam e domo e theatro: ex ali-
quo cōcilio iniectiōe manuum atq; pulſatione eiicimus. M. Tullius
Iſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerū:aut ſi uerſus pnunciatꝰ eſt
una ſyllaba breuior aut longior exibilat:& exploditur.
Complura uide in dictione plura.
Compos uoti uide in potior.
Concio eſt populi multitudo cōgregata:uel ex magiſtratus iuſſu:uel
publici ſacerdotis:uel ſua interdū auctoritate & ſponte pprie ad au-
diendnm oratorē concionantem in bonum publicum: cuius ēt ora
tio uocat concio:in priore ſignificato eſt græce eccleſia:quam nos p
latina uoce habemus. Multiq; eccleſiā neſcio quo iure ædes ſacras ap
pellant:cum cœtum hominū:ſicut dixi ſignificet nō loca: hæc. Lau.
Tu nero uideas lima m noſtram.
Conciliamus amorem nobis alicuius:conciliamꝰ beniuolentiam.nō
aūt conciliamꝰ gratiam. Rurſus inimus gratiam. non aūt inimꝰ amo
rem aut beniuolentiam. Quarū omnium orationum eadem fere ſen
tentia eſt. ac ſi hoc uerbo uterer comparo uel contraho. Niſi q; inire
gratiam ē magis fauorē compare q̄ amorē. Recōciliari tñ & in grām
redire idem ſūt quoties amici interpoſita aliqua offenſa. quū aliquan-
do fuerūt inimici in priſtinam redeūt beniuolentiam ac familiaritatē
Sed redire in gratiam etiam cum inanimatis ſolemꝰ. Vnde Cicero
de ſenectute. In gratiam cum uoluptate redeamus. præterea concilia-
mus nobis laudem. famā. ſimiliaq; nō āt inimus.
Condictio a. condico naſcit. Conditio a. condo. Illđ rarꝰ ē qđ ita Iu-
ſtinianus diffinit. Condicere ē denūtiare priſca lingua. nūc uero abu-
ſiue dicimꝰ conditionē actionem in pſonam quam actor intendit ſibi
dari ſibi oportere. Sed nulla hoc tempore eo nomie denūciatio fit. Er

go conditio eſt uel hæc actio uel illa denũtiatio. Conditio uero multi his temporibus male uſurpant accipientes pro mentis qualitate: uelu ti illud hic ē homo manſuetæ & bonæ conditionis: qđ antiq dicebant manſueti & boni ingenii: nos quoq manſueti animi manſuetæq mē tis homo aũt bonæ conditionis latinæ dicit ſi ad fortunas referat: nō ſi ad mores. Vt eſt uir magnæ: paruæ: mediocris conditionis. i. diues: pauper uel: aut inter hos medius. Ego ſum poſit⁹ in hac conditione. i. fortũa ac ſorte. Cicero: o miſeram conditionē adminiſtrandi conſula- t⁹. Huic ſignificato illđ pene par ē. Cũ inter plura eligenda ſortis eſt oblata electio: ut apũd. M. fabiũ: Oblata eſt a iuuenib⁹ tyranno condi tio ut dimitteret alterũ ad uiſendam matrem ad diem præſtitũtam re- uerſurũ: Ita ut niſi occurriſſet ad diem de eo q reſtiterat pœna ſumere tur. Dicim⁹ igitur offero conditionem uel fero: uel pono conditionem Nunquam fere per aliud uerbum: quæ conditio dum placuit, e iam fere ſemper dicimus. accipio conditionem. ut apđ Teren. Amatores chryſidis tulerunt mulieri conditionem. Ipſa uero accepit conditio- nem. hoc eſt pactioni promiſſioniq aſſenſit.

Conducit ꝓ utile ē. Decet. Iuuat. & ſiqua ſũt alia. nec pſonalia ſũt pla ne. nec ipſonalia cũ hēant nũeros. hæ ueſtes decēt nos. Iſti cibi iuuant te. ſtudia ſecreta maxie cōducũt. Explicit Expliciũt nũq ꝙ ſciã legi.

Conductitia domus q̄ conducta eſt Noia enim in tius Si a ſupinis de ſcendunt paſſionem quandam ſignificant. ut ratio fictitia ac commē- titia. quæ ficta & ad tempus commenta & excitata eſt. Si tamen ab no minibus deſcendunt ſignificat materiam. ut ſtramentiti⁹, lateritius.

Confero me in agrum & ad agrum. Dicim⁹ autem contuli me ad ca tonem. non autem in catonem niſi fuerit ſignificatio donationis hoc modo Multa contuli in catonem. i. multa donaui catoni.

Cōficio ꝓ pficio & ꝓ eo qđ ē ſauciando trucido. Inde cōfectores fera rũ. Ipſa enim præpoſitio. Cũ in bonam & in malam rem accipi ſolet.

Confido pro credo. tum in præterito. in præſenti. tum in futuro. In præterito. Quoniam probatam rationem officii mei uobis eſſe confi- do. In præſenti. Quanquam a Cratippo noſtro pricipe huius me- moriæ philoſophorum hæc te aſſidue audire atq accipere cōfido. In futuro. Ita fore cōfidimus. hæc exempla ex Cicerone ſunt.

Cōflaui æs alienum. & Cōtraxi æs alienum. idem eſt ꝙ factus ſum debitor alienæ pecũiæ. Diſſoluo æs alienum. idem eſt quod cōtraxe- xeram æris alieni reſtituo: & pluribus ſoluo.

Confluens pro loco: quo duo Flumina conueniunt. maſculini gene ris eſt ſubſtantiuatur enim:

Coniecto:cõiecturo:cõiecturam facio:coniecturam capio cõiectura conſequor.coniectura colligo:coniectura ducor.pro eodem accipiũtur:aut parum differunt:quia efficacius quiddam eſt coniectura conſequor & coniectura colligo:q̃ in cæteris.

Coniurare & conſpirare fere in malũ accipiunt:quoties in patriam:aut bonum principem coniuratio fit atq̧ conſpiratio. Sed ſi honeſta cauſa id fiat in bonũ etiam accipi debent.Nam & Muti⁹ Scæuola ad porſenam regem inqnit.Trecenti coniurauimus principes iuuentutis romanæ ut in te hac uia graſſaremur.Et cicero ad cæſarem proligario:fratrum conſpirationem dixit:quaſi unanimitatẽ.Verũ conſpiratio:ut in hoc ipo loco nonunq̃ nemini pniciosa eſt in neminẽq̧ graſſatur coniuratio ſemper in alterius perniciẽ graſſari ſolet.

Conniuere eſt aperire & claudere oculum.

Conſciſcere fere ad mortẽ pertinet:plerũq̧ eni ſic legimus mortẽ ſibi ipſe conſciuit:Mortem tibi ipſe conſciſces:Mortem mihi ipſe cõſciſcã cogam te ad mortem tibi per te ipſum conſciſcendam. Aſciſcere eſt remotum aliquid quaſi ſcite uocatum capere. Deſciſcere eſt ad imperio ſe ductuq̧ alterius ſubſtrahere.ut milites a duce:populi a domino diſcipuli ab opinione magiſtri quam prius ſequebantur:preſerti ad alterius imperium uel ſententiam ſe transferentes.

Conſeſſus non eſt conſeſſio:ſed homines uno in loco conſidentes.

Conſideratus qui agenda conſiderat:non qui conſideratur. In cõſideratus qui agenda non conſiderat:non qui non conſideratur.

Conſolatio & ſolatium idem ſunt niſi q̧ conſolatio fit uerbis.ſolatiũ re.cum conſolari ſit oratione Solari uero fere ſemper aliter.Solamen idem eſt quod Solatium:ſed magis poeticum.Vergilius:Solamenq̧ mali de collo fiſtula pendet.quo tamẽ Boetius & quidam alii utunt.

Cõſonans pro littera nõ uocali fœminini gñis eſt ſubſtantiuatur.n.

Conſul qui conſulatum gerit.

Conſularis qui conſulatum geſſit.

Cõſulo te conſiliũ peto a te:uel interrogo & inquiro. Conſulo tibi:cõſilium do tibi:uel puideo tibi.Sed hoc frequẽtius ac magis proprie in rebus:ut conſule uitæ tuæ.Conſule ualitudini:conſule dignitati.conſule ſaluti:conſule rebus tuis:In plurali autem numero interdũ reperitur ſine appoſito tamen.ut Conſulunt ſenatores:quod frequẽtius dicimus conſultant.i.deliberant.Non nunq̃ conſultate eſt unius.

Conſultor fere p eo q aliũ cõſulit accipi ſolet.nõ nunq̃ tñ p eo:q̃ alii cõſulit.Salu.In iug.Simul ab eo petiit uti fautor cõſultorq̧ ſibi adſit

Conſultus eſt homo prudens & ſciens:dignuſq̧ a quo conſiliũ petas

Inde eſt inconſult⁹ adiectiuū: Quinti. O: inconſultam mūliebrem ſemper amentiam: ideſt imprudentem: inconſideratam & nullius con ſilii. Dicit etiam Iuriſconſultus & Iureconſultus. Et ouidi⁹. lib. i. de arte in ſimplici dixit: Sit tibi credibilis ſermo: conſultaq; uerba.
Conſternere eſt corporis: conſternari autem animi: quum mens turbata eſt: & de ſtatu mota: & quaſi humi ſtrata. Ideoq; ſæpe coniungi animū uidemus. ut conſternatus animo. Saluſtius tamen hiſt. primo in qt. Equi ſine rectoribus exterriti aut ſaucii conſternantur: cum ſit uſitatius conſternuntur.
Contendere & Intendere indifferenter dicimus: uti contentio & Intētio. De quib⁹ omnib⁹ late in dictione Intendere.
Contentus qui continet quod animo ſatiſfacit: non q continet.
Conterraneus q eiuſdem terræ eſt: hoc ē territorii: maior. n. eſt terra q̄ urbs. oppidū uel. cuius habitatores uocant̄ ciues. Plyni⁹ tamē catullū conterraneū ſuū uocat. uel q ex Dioceſi illa: uel q ex urbe ſit ueronēſi. Vterq; aūt dictus eſt ueronenſis: Nam illius Nepos & per adoptionem filius fuit Nouocomenſis: Ideo Plynius ſecūdus & ipſe dict⁹ eſt
Continenter eſt continue: ſiue continuate: qđ a contineo uenit.
Conticeſco idem eſt quod ſuum primitiuum conticeo: ſicut alia multa in ſco. ut Adhæreſco. Deliteſco. concubiſco. labaſco. obdormiſco: contremiſco. Expaueſco & his ſimilia.
Continens pro terra quæ non eſt inſula fœminini generis eſt. Vt de ſicilia ad continentem par Intercapedinis eſt.
Cōtinentia. de hac uide in dictione Abſtinētia.
Cōtrahere æs alienum quid ſit uide conflare.
Contumelioſus ſemper actiue ab autoribus accipi ſolet. pro eo. ſ. qui contumeliam facit.
Cōuenit hoc mihi. aut cōuenit hoc nobis. i. decēs ē: & cōueniēs. cōuenit hoc iter nos. i. cōſtat & cōtrouerſia caret. cōuenit mihi tecū. i. ſine cōtrouerſia eſt inter nos quod ego dixi. cōuenit tibi mecū. i. ſine controuerſia eſt inter nos quod tu dixiſti. Nō nunq̄ ſine utroq;. ut cōuenit
Conuentus facit diminutiuum conuēticulum cicero pro Sextio: Tamen conuenticula hominum quæ ciuitates nōiauerunt.
Conuentus nō eſt cōuentio. ſed oēs. q in unum locum cōuenerunt.
Conuitium a uitium uel potius a. uito deſcēdit ut Vitupero tam & ſi nō omnino repugnem ſcribi per. c. ut quibuſdam placet nō per. t. Eſt autem cōuitium maledictum cōtumelioſum.
Copia facultas. poteſtaſq;. ut faciam tibi copiam inſpiciēdi libros meos. i. dabo tibi facultatem uel faciam tibi poteſtatem. Iungit̄ aūt ſemp

cum facio duntaxat apđ oratôres. Nam poetæ cum aliis uerbis: & p̃cipue cum do. Vergi. Affari extremum miſeræ data copia matri. Et iterum Poſtq̃ introgreſſi. & coram data copia fandi. Siue his autẽ duobus uerbis copia plerunqꝫ pro abundantia accipitur unde dicta eſt copia orationis: & copia pecuniariũ. & copia frumenti: In plurali quoque pro eodem ſignificato. ut noui copias tuas. omnium rerum copias habeo. Peculiariter tamen appellamus militum multitudinem. ut copiæ pompeii: copiæ cæſaris: pro quo imperiti dicunt gentes põpeii: gentes noſtræ. Et in hoc etiam ſignificato non nunq̃ in ſingulari. ut Pom ad domitium. Neqꝫ ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris. Saluſtiꝰ: poſtremo ex omni copia Catilinæ &c. Ver. li. ii. æn. Et quæ ſit circum me copia luſtro.

Cordi eſt: & in animo eſt: differunt. Nam ſecundum ſignificat in animo habeo Vel animus eſt mihi uel uolo atqꝫ conſtituo. Illud uero ẽ delectat & placet.

Corpꝰ potiuſq̃ carnem noſtꝝ uiuẽtiũ dicimꝰ. & hoiem corpulẽtũ potiuſq̃ ut aliq loquunt carnoſũ. Quint. membra ſine corpora cicero ad Gallum: Nam & uires & corpus amiſi. Martialis: Inqꝫ omni nuſquã nuſq̃ corpore corpus erat. hoc in corpore illius non erat caro.

Corpuſculum diminutiuum ẽ a corpus.

Coxa pars ſupra femora: uertubrũqꝫ ipſum quoties ultiatũ ẽ: aut os illud: quod in uertebro uoluitur fractũ: coxa uitiata fracta ue dicit. Femora autem partẽ illã exteriorem ſignificant. Femina partem interiorem mulieremqꝫ: quæ ſe contingunt. Vel femora partem anteriorem Fœmina poſteriorem. A quo conficitur nomen femoralia: ſiue Fœminalia: utroqꝫ enim modo ſcriptũ reperio pro brachis. dicitur tamẽ nominatiuus femen non reperiri.

Cubiculum a: cubili non uenit: cum intra cubiculum cubile ſit.

Cubo: cubui: cubitum: cubatio non cubitio.

Cuius. cuia. cuium a: ueteribus non inter nomina: ſed inter pronomina numerabatur. ut meus mea meum. Itaqꝫ ut dicimus mea ẽ. tua eſt. ſua ẽ. Et mea tua ſua intereſt: Ita cuia ẽ: & cuia intereſt. Plautus in epidico: Ego illum conueniam: atqꝫ adducam ad te: cuia ẽ fidicina. Cicero pro Murena: Ea cædes potiſſimum crimini datur ei: cuia interfuit: non ei cuia nihil interfuit. Interrogatuſqꝫ cuiũ pecus reſpondeas meum tuum ſuum uel illius.

Culter cultellus facit diminutiuum.

Aulpa medicorum plures peũt: Defectu eoꝝ multi. Is nanqꝫ defectu medici perit: cui medicus p̃ſto nõ ẽ culpa uero medici: q moritur nõ

erant:niſi p̄ſto medices ſibi fuiſſet:quam maiorem partē eſſe arbitror hæc ideo dixi ꝙ nōnulli pro culpa medicorum aiunt defectu: Et uitia hominum rerūq; uocant defectus: cum dicere debeant uitia: uel culpas uel mendas ut menda libri. Defectio plurimum a defectu diſſentit. cum ſit receſſio aut militum: aut ciuitatis a domino: uel a ſuperiore. Eſt enim deficere & deſiſtere a ductu alterius decedere. & quaſi rebellare. & defectio quaſi rebellio.

Cuias. Noſtras. & Veſtras: non tantū patriā nationemq; innuūt: ſed etiam partes & quaſi ſectā. ut ueſtrates philoſophi nō ſunt ita populares & fauorabiles: ut noſtrates: q epicuri ſcola ꝓdierūt. Et cuiates philoſophi uos eſtis: Stoici ne: an academici: an peripatetici: an noſtrates Epicurei: Cicero: putares ne unq̄ accidere poſſe ut mihi uerba deeēnt non ſolum iſta ueſtra oratoria: ſed hæc etiam leuia noſtratia.

Cum ꝑpoſitio per appoſitionem non iungitur rei notanti inſtrumētum ſed comitē. Percuſſi igitur haſta dicēdum eſt: nō cū haſta. Inſtrumentū enim ꝑcuſſionis haſta eſt. Item percuſſi gladio. non cū gladio Impuli te pugno. Videam te oculis. Tango te manu. Deleuit epiſtolam lachrymis. Abſterſit ſordes aqua. Ablatiuis aūt non inſtrumentum ſed coniunctionem ſignificantibus cum addi ſolet: ut acceptus eſt a nobis eum honore. Magna cum beniuolentia ſcripſit. Cum mira affabilitate me allocutus eſt. cum dira truculentia me aſpexit.

Cum & Tum indicatiuū fere poſtulantē autem in cum quidā minus In Tum quiddam maius. Et hoc duobus modis: ut aut generale aliquid p̄cedat: ſequat̃ ſpeciale. Aut ambo ſint ſpecialia. Primo mō ſicut apud Quintilianū. Quod cum omnibus cōfitendū eſt. Tum nobis præcipue. qui rōnem dicendi a bono u ro nō ſeparam⁹. Ideſt omnibus multū: mihi uero maxime. Altero modo apud eundē. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus. Quem cū amiciſſimū nobis: tū eximio litterarū amore flagrantē: digniſſimum hoc mutuæ inter nos caritatis pignore iudicabamus. ideſt multū ꝓpter amorem tuum in nos plus tamen propter amorem iudicabamus litterarum. Raro autem alius modus q̄ indicatiuus conuenit. Cicero ad curionem grauī teſte priuatus ſum amoris erga te me patre tuo clariſſimo uiro: qui cū ſuis uirtutibus: Tum uero te filio ſuperaſſet omniū fortunas ſi te ante uidiſſet: quam uita decederet. Sed nūquā hoc fit niſi ſub uno uerbo quod ſi quando ſub duobus fieret: non tamē in diuerſis uerborū modis diuerſis ue temporibus. Sed ad Tum reuertamur: quod ſæpe ſine cum ponitur geminatum: triplicatum: & in q̄uis longum multiplicatum: ſed quantum ego ſentio in rebus parib⁹. Vt Quintilian⁹

Nec indignetur herodotus æquari ſibi Titum liuium: cum in narrā do miræ iucunditatis: clariſſimiq́ candoris. tum in cōtionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem. ita dicunt omnia tum rebus: tum perſonis accomodata. Taceo de eo modo: quando accipitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas. ideſt aliquando illud modo hoc modo illud.

Cum pro quāuis etiam reperitur: Cicero enim pro deiotaro hoc mo do incœpit. Cum in omnibus cauſis grauioribus Cai cæſar initio di cendi cōmoueri ſoleā uehemētius q̄ uel uſus uel ætas mea uidet poſtulare. Tamē in hac ita me multa perturbant &c. Idē alio in loco: Satis ne cōſtaret facere uideamur: qui cū præcipi nihil poſſe dicam⁹. Tamen & aliis de rebus diſſerere ſoleamus: & in hoc ipſo tempore præcepta officii proſequamur. Cum. ſ. pro Quuāuis.

Curioſus ſemper actiue ab autoribus accipi ſolet. Dicitur autem curioſus a nimia cura: quotiens plus diligentiæ q̄ oporteat impendim⁹ rebus: uel noſtris: uel alienis.

Curriculum pro curſu: & pro loco: in quo certamen currendi exercetur: non nunq̄ etiam pro curru: ut Curſius. libro. viii. Sed etiam in amnem præcipitauere curricula.

Curſim idem eſt quod currendo.

Carus & præclarus figurate accipiūtur pro eo: q̄ tanq̄ fulgore quodā famæ & gloriæ reſplendet. Vnde clariſſima & præclariſſima geſta dicimus. Sed præclarus pro bonus non nunq̄ reperitur. Et præclare ac optime idem roboris ac uirium in ſignificatione optinēt. Ci. in lælio: cum illo uero quis neget actum eſſe præclare.

Claſſiarius cuſtos exercitor ue claſſis.

Crapularius: uide obruere.

Crepitus ſonitus eſt uiolentus ex impulſu reſultans. Vnde increpare eſt cum eruptione uocis & immani ſonitu rep̄hendere. cymbala tympanaq́ crepitant. Vnde fit crepitaculū. Tubæ quoq́ & cornua. ſimiliaq́ crepant ſiue crepitant: crepitus item ore: infimo fieri ſolet.

Crimen non modo pro delicto: ſed pro ipſa etiam criminatiōe. Cicero in philip. hæreditatem mihi negaſti obueniſſe: utinam hoc tuum uerum crimen eſſet.

Crudus uocatur non qui cibum indigeſtum habet in ſtomacho: ſed qui ægre difficileq́ digeſtibilem: ex quo offenditur: uel tanq̄ nimio: uel tanq̄ noxio. Appellamus item hoiem crudū p̄ſertim qui eſt truci aſpectu cui⁹ aſpectu oculi nr̄i oſtēdunt: ut ſtomachus cruditate cibi. Eſt etiam crudum uulnus: & Recrudeſcere dolor ac uulnus dicitur q̄

ſi renouari. Et cruda poma dicimus quæ non ſunt matura.

Apes uolũt eſſe uel deorum:uel noſtras in ſacrificiis deo-rum Epulæ ſunt cibi miniſterio hominum: & in noſtrum uſum comparati. Epulum ſolenniores quædam epulæ. & prope publicum conniuium in propatulo numeroſis ciuibus exhibitum. ſiue in declinationem templi alicuiꝰ. ſiue in honorem deorum. uel in magnificentiæ oſtentationem. Siue in funere magni alicuius uiri. Cui ſimile eſt quod hoc tempore fit. quum publicæ paſcimus pauperes. præſertim in moribus propinquorum. Quod uel idem eſt pene quod parentare. A noſtris enim uulgo parentalia appellant. eo quod parentibus iuſta celebrentꝰ. ut hieronymus ſcribit:

Dare fidem eſt aliquid ſencte promittere. Ter. Grauidaq; facta fideꝫ dat uxorem ſibi fore hanc. Fidem habere eſt credere. Quint. fidẽ habes hominibꝰ. quos mentiri alius affrmat.

Dare poteſtatem. uide indulgentiam.

Deambulatorium locꝰ ubi deambulamus.

Debellare eſt bello uincere. aut bello capere. Expugnare pugnãdo capere. uel potius pugnando uel oppugnãdo uincere. Sed bellamꝰ potius homines. Expugnamus autem opera molesq;. ut caſtra. ut caſtella. ut urbes. ut naues.

Decedere quanq̃ accipiatꝰ non nunquã pro eo quod eſt diſcedere aut recedere. Tamen proprie eſt a mandato cuſtodie ſue loco recedere. Vnde conſules præſides prætores dicuntur ex prouincia decedere. Dicitur quoq; deceſſit quo modo dicitur defunctus. ut ſubintelligatur uita. At in excedo additur uita. non ſubintelligitur. Cice. in Antonium. Exceſſit e uita.

Decet. uide conducit.

Decimus. undecimus. Centeſimus. milleſimꝰ. i. q ultimus eſt ex decẽ ex undecim ex centũ ex mille. Aliqñ ſic. hoc aruũ attolit centeſimuꝫ illud ſexageſimum tuum uero triceſimũ fructũ. ideſt cẽtenarii nũeri ſexagenarii tricenarii. Vel centuplũ ſexagintuplũ. tricentuplũ.

Decimam quanq; ex ouibus tibi dabo. Non eam intelligo. quæ decima in numerando eueniet ſed unam de decem. quecũq; ſit. itaq; unaquæq; poteſt eſſe decima. Item dicamus Milleſium quenq; unum eſſe ex numero milenario.

Declamator eſt q ſtudet apđ rethorem in conuentuq; ſcholaſticorũ fictã cauſã orat. id agẽs ut in ueris poſtea cauſis poſſit orare. Ipẽ quoq; rethor & qcũq; alius ẽt extra ſcholam hoc gñe utitꝰ ſiue ut alios ſiue ut ſe exerceat declamator uocatꝰ. Orator eſt qui cauſas orat. uel in iu-

dicijs uel in concionibꝰ q græce dicit̄ rethor. Nos tamē rethorem pro feſſorem rethoricæ uocamꝰ: non Oratorem. Miror: cur in hoc tā facili peruulgatoq; nomine exponendo Victorinus errauerit. Non nū q̄ tamen more græco reperimus poni. Vt Cice. lib. ii. de. n. d. Qui cū academico & eodem rethore congredi conatꝰ ſum: Nam neq; indiſertū academicū pertimuiſſem: Neq; ſine iſta philoſophia rethorem q̄ uis eloquentem. Rethorem dixit uel oratorem uel rethoricum.

Declaro frequentius ad facta pertinet q̄ ad dicta. Aliquādo etiam in dictis interdum accipit̄ pro ſignifico: uel oſtendo uel indico.

Decretum eſt mihi uide compertum eſt.

Decus eſt illa ſic dixerim honorificentia ex benegeſtis rebus. Vnde decora militiæ honores. laude honeſtamenta militi in bello cōpata cuius cōtrariū ē Dedecus ignominia quædam: aut ignominie genus & infamis turpitudo. Vnde dedecoro .i. turpifico: & cōtumelia atque ignominia afficio. Tranſfertur etiam ad animū: Quippe decꝰ ꝓ honeſto: dedecus pro inhoneſto accipit̄. Decor eſt quaſi pulchritudo: q̄dam ex decentia rerum perſonarumq; in locis temporibuſq;: ſiue in agendo: ſiue in loquendo. Tranſfert̄ quoq; ad uirtutes: Appellamus decorum non tam ipſum honeſtum: q̄ quod hominibus & communi opinioni honeſtum uidetur & pulchrum & probabile. Vnde uerbū decoro media longa. Nam decoro media breui decus uenit.

Dediſco uide diſcere.

Deditiꝰ q ex numero eoꝝ eſt: qui ſe in alterius imperium dediderūt.

Dedoceo te: q̄d doctus es oſtendo falſum eſſe: docendo quod ueꝝ eſt Quintilianus. li. ii. Et q̄dem priꝰ ac difficiliꝰ opus dedocēdi q̄ docēdi.

Dedecus duo ſignificat: Vnū quod eſt crimen. ut Quint. Satis dedecoris atq; flagitii caſtra cæperunt. Alterum quod eſt ignominia: atq; infamia quod notum eſt. Vide etiam decus.

Deduco & Reduco generalem habent ſignificationem ſed in hoc ſpecialem quoties alicui officii præſtamus comitatum. ut Deduxi Catonem in ſenatum: eumq; ut domum reducam: hic expecto. Sed proprie hoc eſt inter homines non multū dignitate & auctoritate diſtantes. Comitari uero minorum potius erga maiores. Cæterum deducere & Reducere eſt quaſi ad certum locum. Affectari eſt quaſi comitatum præſtare: non tamen in itinere. aut nauigatione aut militia.

At fere per urbem.

Defatigatus uide in dictione laſſum.

Defeſſus uide ibidem.

Defectus quaſi q deficit. ut Martialis: Dulcia defecta modulat̄ caria li

gua Cantator cignus funeris ipſe ſui. Quinti. Defectaq; labore ſenectus magna pars mortis nihil mihi reliquit: niſi diligentiam participium ē ſignificationis actiue in uoce paſſiua.
Defectus: uide plura in culpa.
Defectio: uide ibidem.
Defēde me domine: adiuua me optime uir Tace homo imperite. Mutato uocatiuo in nominatiuū nō recte dicet̄. Item defende me tu de⁹ meus. Adiuua me tu uir optimus. Tace tu homo imperitus: hic per nominatiuū etiā recte loquimur: ſubintelligit̄ enim ens: hoc modo: tu ens dominus meus.
Defende me dicimus: & nō nunq̄ defendo ictus. Cicero de ſenectute Veſtitaq; pampinis nec modico tempore care: & nimios ſolis defendit ardores.
Defenſorius actionem ſignificat.
Defore: uide affore:
Deinceps accipit̄ pro deinc & ꝑ deinde. Atq; ēt pro gradatim. Cicero in tuſcu. Omnes qui deinceps accubarent: ad lyram canerent. Et ad termum Sed tamen tres fratres ſummo lo co natos. Promptos nō indiſertos te nolo habere iratos: quos uideo deinceps tribunos plebis per triēnium fore.
Deliberaui uide compertum eſt.
Deligere eſt quod magis idoneum ad rem agendam eſt cernere. Eligere uero uel ad noſtrum emolumentum: uel ad illius qui eligit̄ dignitatem. Delegit ſibi ſæpe populus Roma. imperatorem ab bella: ut Pompeium ad bellum mithridaticum. Imperator quoq; diligit milites: nō eligit ad rem uidelicet bellicam idoneos. At ſi ex multis daret̄ optio quem ſibi uellet eligeret: non deligeret. ideoq; ſemper fere dicit̄ in eodem ſenſu: dat̄ tibi ſiue offertur optio. Et datur ſiue offertur electio. Nec inficias eo poſſe fieri: ut in aliquem cadat delectionis & electionis nomen: ut in ipſum principem quem ad honorem pariter & ad rem benegerendam aſſumimus. Cæterum diligo ſine præpoſitione accuſatiuum habere ſolet: ut populus romanus delegit. Gneum Pompeium imperatorem. Eligo alterum accuſatiuum cum præpoſitione: ut idem populus eligit in principem ſibi octauium. Et ſacerdotes eligunt ſibi pontificem: & milites imperatorem. Cooptare autem dicitur inter Collegas pareſq;: aut fere pares. Cicero in Bruto: a quo in collegium augurum fueram cooptatus: præterea deligere & agere uel habere delectum differunt: ꝙ deligimus aliquando unum tantum. Agere uerō uel habere delectum ad multa ſemper refertur.

apud Quintilianum legi facere delectum pro agere.
Deliteſco pro ſuo primitiuo accipitur.
Demercor: uide mereor.
Demum: uide Tandem.
Deniq́: uide Tandem.
Demigrare: uide Commigrare.
Depectus: ſi Vulpiano credimus dicit̃ turpiter pactus: mihi autẽ pro ſimplici potius accipi uidet̃ id quod in multis fit: ut demiror: deambulo. Teren. in phor. iam depaſciſci mortem cupio: tale eſt hoc terentianum: quale illud uergilianum. Vitamq́ uolũt pro laude paciſci: illud quoq́ apud. M. tul. lib. ii. rhetoricoꝝ. Quidam quum circũſideretur: neq́ effugere ullo modo poſſet depectus eſt cum hoſtibus ut arma & impedimenta relinqueret: & milites educeret. itaq́ fecit &c. Non eſt accipiendũ pro turpiter pactus ab autore eſſe poſitũ quippe qui cauſaꝫ narrat de quo controuerſia eſt: an ille turpiter pactus ſit: non autem factum hominis damnat. & aliquotiens factuꝫ hoc paulo poſt pactionem uocat.
Depoſitarius a depoſitum eſt. depoſitoriu a depoſitor. eſt itaq́ depoſitarius qui reddendo depoſito obnoxius eſt.
Depræcor ſupplicium Aulus Gellius ait dictũ eſſe. quaſi deteſtor. uel execror. uel depello. uel abominor. Ego autem ita dici puto deprecor ut præcor & impræcor. præcor tibi bonum. præcor tibi malum. Sic depræcor liberationem. & depræcor pœnam illam ut potiar. hãc ut uitem. Ouidius libro primo de ponto. Sæpe præcor mortem. Mortem quoq́ depræcor idem. Ne mea ſarmaticũ contegat oſſa latus. deprӕcor dixit quaſi præcor mortem non dari mihi in hac terra. deniq́ depræcor magis ſignificat uel dicto uel facto recuſo. q̃ illa quæ Aulus Gellius attigit.
Deſcendo in prælium. deſcendo in forum. deſcendo in campum dicimus. Non quia de loco ſuperiore in inferiorem deſcendimus. ſed qa de loco tuto in locum diſcriminis. Ideoque non fere dicitur in forum deſcendere niſi qui pugnandi & defendende litis cauſa uenit in forũ non rerum uenaliũ coemptor ac negociator. Et in campum deſcendere. niſi qui litis dignitatiſq́ cauſa. ſicut in campo martio fiebat. certaturus uadit.
Deſciſcere. uide conſciſcere.
Deſipio ſiue deſipiſco ſignificat uel qd̓ aliqd a cõmuni ſenſu ſapiẽtiaq́ minus habeo. uel quod meo a ſenſu deſtituor. Quod fere uitiũ. aut ex ætate uenit aut morbo aut amore aut timore. aut ſimili aliquo

affectu. Cuius contrarium eſt reſpicere: & ſenes q̄dem iam demẽtes nunq̄ reſipiſcunt. Cæteri aũt reſipiſcere ideſt ad priorem mẽtis ſtatũ: uel ad meliorem mentem redire ſolent.

Deſpicio deorſum aſpicio: ſicut ſuſpicio ſurſum aſpicio. Inde p̄ trãſlationem quũ quis alium contemnit ac paruifacit deſpicere dicit̃ quaſi infra ſe & ad pedes ſuos proiectum aſpicere: quẽadmodũ ſuſpicere eſt uenerari: quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum. Nam diſpicere eſt prouidere & circumſpicere mentem & tanq̄ in omnem partem lumina mentis intendere omniaq; diſcernere: a quo diſpiciẽtia dicta eſt circunſpectio & prouidentia uel conſideratio diligens atqne diſcretio.

Deturbare eſt deorſum cum uiolentia deiicere. Verg. puppi deturbat ab alta. Exturbare e loco eundẽ in modum eiicere. diſturbare diſſipãdo diruendoq; deiicere.

Deuenimus in montem: deuenimus ad diuitias minus uſitatum: ac minoris rationis eſt q̄ peruenimus in montem: peruenimus ad diuitias. Similiter e diuerſo: deuenimus in planum: deuenimns in uallem: quoties ab editiore loco profecti ſumus: uſitatius ꝓbabiliſuſq; p̄uenimus in planũ: peruenimus in uallẽ ita deueni in paupertatem quaſi deſcendi & delapſus ſum in humiliora.

Deus dea deabus dicimus: diuus diua diuabus non dicimus. Item filius filia filiabus. Natus nata natabus. Equus equa equabus: mulus mula mulabus: non aſinus aſina aſinabus. Itẽ ut dicimus libertus liberta libertabus. Ita nõ dicimus libertinus libertina libertinabus: non ſeruus ſerua ſeruabus: nõ dominus domina dominabus: nõ animus anima animabus. Tam & ſi quidam his poſterioribus utuntur. Cicero tamẽ ad uxorẽ & filiã ſcribens duabus animis ſuis dixit nõ animabus. Et curtius de matre & uxore darii dominis nõ dominabus dixit q̄dam ueteres: dextrabus dixerunt ꝓ dextris: & eabus ꝓ eis.

Dicacitas eſt ſine dubio a dicẽdo: ꝓprie tamẽ ſignificat ſermonẽ cuꝫ riſu aliquos inceſſentem ideo demoſtenẽ urbanũ fuiſſe dicunt: dicacem negant: græce dicitur ſcomma.

Dicere proprie eſt oratorum & eleganter facũdeq; loquẽtiũ. Quintil. lib. x. Nã mihi ne dicere q̄dem uidet̃ niſi q diſpoſite. ornate copioſe dicit. Vnde dictio uocatur oratoria & facunda oratio. Ex ipſo uerbo dico duo frequentatiua oriuntur dicto: & dictito: ſed poſterius potiꝰ frequentatiuum eſt: quod idem eſt quod frequẽtibus temporibus freq̄ntibuſq; locis dico & narro. Alterũ aũt eſt quod dico: ſi id alter ſcribẽs excipiat & manu ſtiloq; notet.

Dico ſentētiam cōſiliarius fero ſententiam iudex: nō nunq̄ tamē di co pro fero: ut apud Quinti. apud iudices quidē ſecūdum legem di ctutos ſententiā de confeſſis præcipere ridiculū eſt.
Dicos leges aliud eſt q̄ fero leges: eſt. n. ferre ad ſuos: dicere fere ad ui ctos. Liuius Quando perinde ac uicto ſibi leges dicerent.
Diem pro diurno tempore: item pro certo tempore: uolunt eſſe ma ſculini generis notauerūtq̄ Vergilium indifferenter accepiſſe: ego tñ & apud hunc & apud cæteros ꝓ tempore ipſo annotaui ſemper eſſe fœminini: ut ipſa dies facit hominem prudentem: & multa dies dat magnam hominibus reꝝ experientiā. Vnde Pedianus uult fieri die culam pro paruo tempore. Et apud iuris conſultos Bima trima qua drima dies: pro tempote bienni trienni quadrienni. In tempore cer to Pedianus idem conſentit debere eſſe maſculini gene. dicemus er go heſterno die & craſtino die non heſterna die & craſtina. Ad diem non uenit ad diem non affuit. i. die præſtituto.
Dictio uide dicere.
Dictito uide ibidem.
Dicto uide ibidem.
Dictum & dicta de omni ſermone intelliguntur. ſed ſpecialem quoq̄ ſignificationem habent pro dicaci ſermone: unde dicta eſt dicacitas. Martialis ad Domitianū. Conſueuere iocos ueſtri quoq̄ fere triūphi Materiam dictis nec pudet eſſe ducem. Qualia autem ſint dicta quæ in ipſum triumphantem milites iaculari ſolebant: illud quod Cæſari dictorari fuit decantatum erit exemplo. Cæſar triumphat qui ſube git gallias. Nicomedes non triumphat qui ſubegit Cæſarem. Illud ſubegit Cæſarem: in quem dicuntur mordet & aliis: apud quos dici tur: riſum mouet.
Diligere uide amare.
Diſcere eſt ut intelligas: ediſcere uero ut memoriter complectaris: de diſco autem quod dici obliuiſcor.
Diſcretus qui qualitates perſonarum: & rerum momēta diſcernit nō qui diſcernitur.
Diſertus qui probe diſſerit: non qui diſſeritur.
Diſpicio uide deſpicio.
Diſſoluo æs alienum: uidē conflaui.
Diſturbare uide deturbare.
Diu nihil aliud ſignificat niſi per longū tempꝰ: diu nauigauit: diu eq taui. Non aūt diu receſſi: aut diu equum aſcēdi. Quidam tamē ſic lo quunt: iamdiu eſt q̄ receſſi: utentes aduerbio ꝓ nomine. Eadem ratio

eſt in iamdiu:& tamdiu. Ideoq; cauendũ eſt ne uerba quæ momenta-
neam actionem ſignificant hic aduerbiis applices: quale ẽ. Iamdiu pu-
blicaui opus: Iamdiu duxi uxorem: ſed iampridem licet recte dicat̃ iã-
diu eſt opus publicatũ. Et iamdiu uxor mihi dicta eſt.

Diuerſorium dicit̃ hoſpitium publicum. Cicero. Ex hac uita ſic diſce-
do tanquam ex hoſpitio non tanq̃ ex domo: commorandi enim na-
tura diuerſorum non habitandi dedit pro eodem poſuit hoſpitium:
& diuerſorum.

Diurnum ſpatium unius diei.

Diuturnus & diutinus nihil differunt. utrunq; a diu ſiue diuti⁹ uenit
Cicero ad Brutum. tedioq; diutinæ ſeruitutis: de diuturnus plurima
exempla ſunt.

Do tibi litteras tanq̃ tabellario: do ad te litteras: ſcilicet ad te perferen-
das. Aliquando hæc duo coniungunt̃: ut Cicero: dedi illi ad te litte-
ras. Ergo qui mittit litteras dat: cui litteræ dantur ſi perfert reddere di-
citur: ſicut ille ad quem dant̃ accipere.

Docilis priſcianus inq̃t eſt: qui facile docet̃. docibilis ẽ qui facile diſcit
tũ non occurrit ubinam legerim docibilis eſt enim conſuetũ magis
perceptibilis. niſi apud eccleſiaſticos. atq; in alium ſenſum & erũt doci-
biles dei. dictũ eſt quaſi dociles: docibilis enim ille eſt. q eſt ad diſcen-
di patientiam lenis & mitis: hoc ut ego ſentio ut idem ẽ q docilis ratio
tamẽ poſtulat ut id ſignificet qd̃ ait priſcianus.

Doctiloqu⁹ facit comparatiuũ doctiloquentior.

Doleo. Cicero Quintilianuſq; nõ dixiſſent doleo caput doleõ ilia aut
ilib⁹. eſſet enim ſynecdoche. Sed dolet mihi caput. & ilia tibi dolet. in
hoc uerbo & illd̃ notandũ ẽ. qd̃ de re extra nos poſita ſicut de corpo-
re noſtro loquimur. ut iſtud qd̃ facis dolet mihi utinam doleret tibi.
Terenti⁹ dolet dictũ adoleſcenti pudẽti libero.

Domo domui domitũ domatio facit non domitio. dicitur aũt domi-
tor non domator.

Domus duos genitiuos habet. domi & domus. ſed prior ſeruat locũ
ubi quis manet. poſterior corpus ipſum atq; ædificium. quod ex pa-
rietibus conſtat & tecto ut domi maneo non domus. & patrem do-
mus demolitus ſum. ſuperiora domus aſcendi non domi. Nam illud
domus meæ imperiũ teneo non pro loco accipit̃. Sed pro Familia q̃
cõtinet̃ ædificio: Figuratæ continens ꝑ contento. licet etiã dicere do-
mi meæ quaſi in domo mea. Eſt aũt idẽ in domo & domi. Quint. lib.
quinto in domo furtum factum ab eo qui domi fuit.

Domeſticam per uarias domos.

Domi meæ uiuo dicim⁹: itē tuæ: ſuæ: nr̄æ: ur̄æ & alienæ. Cū aliis nō licet: nō enim dicere liceret domi publicæ domi priuatæ: domi honeſte: domi paternæ: domi maternæ habito &c. Sed ita domi illius: domi cæſaris: domi patris &c..

Domus duos genitiuos habet domi & domus: in datiuo domui: in accuſatiuo domum: in ablatiuo domo &c.

Domi uel in domo ſum dicimus. Reuertor domum uel ad domū. Ex eo domo uel e domo.

Donaria non loc⁹ reſponſorium donoꝝ ſed ipſa dona licet ſerui⁹ dicat ubi dona oblata ſunt: ſicut lectiſternia dicunt ubi hoies in tēplo. Dedere cōſueuerūt hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.

ſomum uide munus.

Donatio uide ueni in opinionem.

Donec duobus modis accipit: dabo operam uoluptatibus donec moriar. i. uſq; ad mortē. Et dabo opam uoluptatibus donec uiuo. i. q̄diu uiuo eiuſdem nature eſt dū ideoq; in priore ſenſu amat ſubiūctiuum in poſteriore indicatiuum more donec: ut apud Ciceronem. Deinde eſt in carcerem ductus: ut ibi eſſet tantiſper. dum Culeus in quem cōiectus deferretur. Terentius ego tantiſper te dici uolo meum: dum ut quod uolo facis. Et aduertendū Tantiſper fere poſtulare poſt ſe dū pro donec ſiue q̄diu: ut patuit. Sunt tamen qui pro tantummodo accipiant. Sunt qui etiam pro interea. Cætera quoq; ſic a per compoſita ad temporis breuitatem feruntur. Parumper pauliſper: alquantiſper Sunt qui per imperitiam accipiunt pro ſuis primitiuis: quæ ſunt parum paulum aliquantulum.

Dono tibi munus: & dono te munere.

Dormitorium locus ubi dormitur.

Ductilis uide Verſatilis.

Dudum & iamdudum de paruo tempore: uni⁹ horæ: aut ſemihoræ: aut duaꝝ horaꝝ: certe breuiſſimi temporis Nuper ſiue pridem & iam pridem de longiori tempore dices: aut uiginti dieꝝ: aut menſis menſium ue: & non nunq̄ annorum pro conditione materiæ.

Dudum & nuper ſeu pridem de re ſiue actione quæ non iſiſtit: ſed ſtatim tranſit. Iamdudum & iampridem de re ſiue actione: quæ inſiſtit & immoratur. Illa præteritum utiq; poſtulant: hæc frequentius præſens: non nunq̄ etiam præteritum dudum intraui: & iamdudum te expecto: ideſt hora aut ſemihora ē: uel duæ uel tres: uel ut ut multū quattuor: ex quo intraui & ex quo te expecto. Sed ipſa actio intrandi non inſiſtit: ac ſtatim deſinit. Secus autem expectandi actio. Item Nuper

ex ſicilia redii.i.ſuperioribus diebus menſibus ue ex ſiciliā redii:& iam multi dies ſunt:uel aliquot menſes ex quo abſum ex ſicilia uel ex quo ex ſicilia redii:hic continuatio intelligitur temporis:illic minime. Hic ſignificatur mora qua in hoc loco immoratus ſum: illic momentum illud applicationis. Cæterum quia dixi nuper & iampridem nō modo menſes complecti:uerum etiam annos:tale exemplū ſit. Nuꝑ inuenta eſt machina:quam bombardam uocant.ideſt non multo tēpore ab hinc. Iampridem bombarda in uſu eſt hoc eſt iam aliquanto ab hinc tempore in uſu eſt. Aliquando apud poetas legimus iamdudum pro continuo. Vergi. iamdudum ſumite pœnas. Rarius iāpridem:ut fecit Lucanus: Tollite iampridem uictricia tollite ſigna niſi iampridem uictricia dicas. Pridem autem & Nuper idem ſignificant: eſt autem Nuper non longo tempore a nunc interdum non longo tempore a tunc.

Dum uide donec.

Duntaxat idem ſignificat:quod ſolum. Cicero de ora. Ita loquamur ut ei tradamus ea duntaxat:quæ nos uſus docuit.

.E.

ECce & En in eadem pœne ſignificatione amant nominatiuum & accuſatiuum:apud comicos uero Hem pro en affectui ſeruiens quo oratores nō utuntur. Adiungūt āt En nominatiuo pariter & accuſatiuo:tum indicando tum exprobrando.indicando. Vergi. En priamus ſunt hic ēt ſua præmia laudi. Exprobrando. En agros:& quam bello troiane petiſti Heſperiam metire iacens. Iuuenalis En habitum. Oratores ſæpius exprobrando & ſæpius per nominatiuū. Quint. En improbitas. Cicero En crimen:en cauſa. Ecce ſimiliter cum utroq; caſu iungitur. Vt idem: Ecce tibi ſtatus noſter. Cum accuſatiuo autem non memini me apud oratores legiſſe:ſed ne apud poetas quidem. Sed demus aliquādo reperiri:ut ſemel apud Plautum in bacchidibus. Opus ne erit tibi aduocato:triſti iracundo. Ecce me. Vergilius itē ait. En quattuor aras Ecce duas tibi daphni:duoq; altaria phœbo. Sed de proſa magis dubitare me dico.

Eccum eccam. Eccos eccas: Ellum ellam: Ellos ellas:ab ecce compoſita ſunt & ſecū uidetur gerere caſum:ſed nō gerunt. Quæ priſcianus ita reſoluit. Ecce eum: Ecce eam. Ecce eos. Ecce eas:ecce illum:ecce illam ecce illos:ecce illas. Sergius quoq; cōmentans donatū ait. Nihil ſignificat ellum niſi ecce illum Pauloq; poſt ergo cum ellum ſic ecce illū: ellam ecce illā,nihil poſſumus dicere:niſi magis demonſtratiue. Sed

re uera reſoluunt̃ p̃ aduerbia non p̃ ꝓnomina. Eccum ecce hic ſubin
tellige uirum: de quo agebamus. Eccam ecce hic ſubintellige fœmi-
nam: de qua mentio erat. Ellum Ellam. Ecce illic uirum fœminamue
ſubintellige: de quo de qua ue agebatur. Ellum igitur parmenomẽ ſi
gnificat ecce illic parmeno ſiue parmenonẽ.

Eabus pro eis quidam ueteres dixerunt.

Edicere eſt magiſtratuũ regũ ue. Vnde edictum conſulũ ſunt litte-
ræ conſulum: quibus aliqd iubent: atq; imperãt. Indicere autem pro
prie eſt denuntiare: ut indictũ eſt bellũ. Indixit romulus ſpectaculũ.

Ediſco uide diſcere.

Effabilis dictu uide Miſerabilis.

Effingere eſt ad alterius formam fingere. Et quodãmodo fingendo
rep̃ſentare. Quint. Nam mihi uidetur. M. Tullius cum ſe totum ad
imitationem græcorum contuliſſet: effinxiſſe uim demoſthenis. Co
piam platonis. Iocunditatẽ Socratis. Fingere proprie eſt figuli: q for-
mas duxit ex luto. Inde generale fit uocabulum ad cætera: q̃ ingenio
manuq; hominis artificioſe formant̃ p̃ſertim inuſitate & noue.

Effigies figura ad uiuã alterius ſimilitudinẽ uel ad ueritatis imaginẽ
facta tam in picturis: q̃ in ſculpturis: nomẽ eſt ab effingo.

Eheu: uide hei.

Eiulare eſt uoce ſublata flere: quod magis mulierum eſt propriũ. Vo
ciferari eſt uoce effrenata non modo dolorẽ: ſed etiã indignationem
(q̃q̃ indignatio doloris genus eſt) oſtendere. Interdum ſine affectu:
ſed tamen uehementius exclamare. Lamẽtari eſt uoce quærula & tri-
ſti oratione cladem teſtari ſuam. Flere eſt lachrymis: ideoq; tantũ ho-
minũ: ut ridere gemere eſt pectore quum præanguſtia in ſonum pro
rumpit. Ideo & iumenta ſub nimio pondere gemunt. Et inanimata
quoq; cum nimis honuſta ſunt gemere dicuntur Verg. Gemuit ſub
pondere cymba. Plorare eſt uoce flebili & effuſa dolorem ſuum ape-
rire. Vnde implorare eſt plorando opem orare. Plangere eſt percuſſi
one & uerberatione pectoris: capitis uultus: aliorum ue mẽbroꝝ ſe in
dolore affligere: regitq; poſt ſe accuſatiuum. Ideoq; per tranſlationẽ
dicuntur fluctus plangere littora: quaſi ad declarandum dolorem in
modum lamentationis.

Eleuo: uide leuo.

Eligere uide deligere.

Elogium eſt teſtificatio de aliquo: ſiue uitupationis: ſiue honoris cã.
Vituperationis. ut Quint. Non eſt iudices ꝙ puteris ideo nullũ adie
ctum ad exhæredationem iuuenis elogium: quia de ſcelere conſtaret.

honoris cauſa ut Marcus Tullius. Quid elogia ſepulchrorum. Pro ſimplici quoq; ſententiæ ſuæ teſtificatione legitur. Ci cero. Solonis q́dem ſapientis elogium eſt: quo ſe negat ſuam mortem dol ore amicorum & lachrymis uacare.

Ellum uide eccum.

Emeritus: uide Mereor.

Emigrare uide Co mmigrare.

En: uide ecce.

Eo magis: uide hoc magis.

Epulę: uide Dapes.

Er go atq; igitur breuioribus adhibent̃ concluſionibus. Quare quãobrem quapropter maioribus: niſi ita dicas. Neſcio quare ſic loqueris. intelligo quãobrem ſic facias.

E re publica eſt: ideſt pro republica eſt.

E republica dicendum eſt: ut in oratore Cicero teſtatur: non ex rep. tollitur enim. x. ſicut in omnibus ſit fere: quæ ab. R. incipiunt. ut E regione. ideſt ex oppoſito: uel ex aduerſo atq; cõtrario. Non ex regiõe. E re mea. E re tua. E re noſtra. Similiter e dignitate ex utilitate. ex uſu. ꝑ eo quod eſſet pro dignitate: uel ad dignitatem: utilitatem: uel uſuʒ Cicero: ex tua ac reip. dignitate facies E renibus laborabat Cicero inquit: hoc eſt morbũ in renibus patiebatur.

Eripio quoties habet cum accuſatiuo datiuum: fere in malam ꝑtem accipitur. Vt eripuiſti mihi omnes beneuiuendi facultates. Quoties uero ablatiuum cum prepoſitione A uel ab: ſiue abs. Plerũq; in bonam: ut Eripuiſti me a periculo. Interdum in malã: ut eripuiſti a me filiam differt autem a præripio: qui enim aliquid alteri eripit: poteſt id non in ſuos uſus eripere. Vt eripuit illi uitam. Qui uero præripit in ſuos proprie uſus capit. Neq; præpoſitio illa anteceſſionem temporis declarat. non nunq̃ ſignificat ante capere: ſed magis in paſſiuo: ut immatura morte præreptus non potuit præſtare qualem promiſerat regem. Sunt hæc uerba Plynii de uiris illuſt. quaſi dixiſſet ĩmatura morte præuentus. Præterea Præripio nunq̃ poſtulat ſibi talem ablatiuum qualem eripio ſolet: ut patuit.

Errabundus: ſimilis errãti: Priſ. enim li. iiii. inquit Ibundus deſinentia ſimilitudinẽ habere ſignificant. ut Vitabundus ſimilis uitanti. Moribundus ſimilis morienti. Errabundus ſimilis erranti. Aulus Gellius autem ſcribit Appollinarii uſum eſſe particulam iſtam extremam in quam uerba talia exeunt uim & copiam & quaſi abundantiã rei cuius id uerbum eſſet demonſtrare ut letabundus is dicatur: q abunde let⁹

ſit. Et errabundus: qui longo atq; abundanti errore ſit. Vt aiit Caſelli us eodem Gellio autore ſcripſit. ludibundus Errabundus ridibũdus idẽ eſt quod ludẽs: errans ridens Caſelli ſentẽtia & breuior eſt: nec mi nus fortaſſe uera q̃ illa ſiue gellii ſiue apollinaris. Cum frequẽtiſſime ſic accipiant Populabundus populans Errabundus errãs rubicũdus rubens. Sed non nunq̃ ut gellius ait uehementiam ſignificant.

Eſcam uide paſto.

Eſſendi. Stulti quidã aiunt. Cauſa eſſendi rex. eſſendi regis eſſendi re gem. Cum nuſquam eſſendi reperiat. Et ſi reperiret: non regeret ca ſum ſicut manendi: uiuendi: exiſtendi.

Eſurio cupio eſſe. nam cõmodius deſideratiua atq; optatiua uocarentur ea quæ nominantur meditatiua in rio. perturio eſurio. Cicero uti nam aliquando dolor po. ro. pariat quod iamdiu parturit. Liuius. Et diu parturit animus ueſter aliquando pariat. Quintilianus: pater fili os eſurit: Martialis: Coenatuit uacerta nõ cacaturit. i. coenare cupit non &c. Vel dicamus hæc accipi pro primitiuis. Scaturio magis p̄ ſuo primitiuo ſcatet ponitur: quod eſt non ſolum aquarũ. ſed herbarũ cæ terorũq; ſua ſponte ubertim naſcentium.

Et multifariam accipi ſolet. Cuiꝰ conditionis eſtq;. Vergi: Audieras & fama fuit. Quintilianus. Has primũ audiet puer: harum uerba ef fingere imitando conabit. Et natura tenaciſſimi ſumus eorũ quæ ru dibus animis percepimus. Et pro quia accipiendum eſt. Duplicatur interdum ſed in rebus diuerſis uenuſtius: ut te admirant & ciues & ho ſpites. Initiis quoq; ſententiarum competit. Quint. lib. i. Et finitæ q dem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicet. Interdũ etiam affe ctui ſeruit. Cicero pro Milone. Et ſunt qui de uia appia loquant tace ant de curia. Idem & poſtea miramur quare moleſte ferar populꝰ ro. Et pro etiam apud Ciceronem nuſq̃ reperitur: ſicut in cæteris illo po ſterioribus. Verg. Natus & ipſe dea. Quintilianus: ſit hoſtis & meus Cicero dixiſſet. Sit hoſtis etiam meus. Vel meus quoq;.

Et ſi. Quãq̃. Quãuis. licet. Eiuſdem ſignificationis ſũt. aliqd in uten do diſcriminis habẽt. Nam prima duo ſemper aſciſcũt ſibi iudica iuũ dũtaxat in principio ſtatim Orationũ. Epiſtolarum librorum. Alia duo in hoc loco raro. In cæteris omnia indifferẽter: Cicero pro Milo ne. Et ſi uereor iudices & in ep. ad acticũ. Et ſi nihil noui afferebat. Idẽ de officiis. Quãquã te Marce fili annum iam audiẽtẽ Cratippũ: idq; athenis abũdare oportet p̄ceptis iſtitutiſq; philoſophiæ. Lactãtiꝰ ta men ſecundum librum de inſtitutione ſic incipit. Quamquam libro primo religiones deorum falſas eſſe monſtrauerim. Alia duo magis

poſtulant ſubiunctiuū: Non nunquam tamen & indicatiuū. Vt apud horatium ſic quædam epiſtola incipit: Quamuis ſæua ſatis per te tibi conſulis & ſcis. & apud Quintilianum declamatio: Quamuis iudices in tanta malorum continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari. In aliis partib⁹ q̄ in principiis parē omnia hæc locū ſortiūtur. præterea & ſi ac Tametſi idem ſunt. Plynius ad Cornelium priſcum. Dedit enim mihi in q̄tū maximū potuit: daturus amplius ſi potuiſſet. tametſi qd homini dari poteſt maius q̄ gloria laus & æternitas: hic non poſſes ponere licet & q̄uis.
Et appellant te homines ſapientem: & exiſtimant. Te malum eſſe & dicunt & ſentiun . illum ut putant probum: & loquuntur. Hi & Habentur mali & appellantur. Diligentia honores & gignit & continet: Studio litteræ & parantur & conſeruantur.
Euentus in ſingulari generis maſculini & declinationis quartæ ē. ei⁹ plurali. M. Tullius ſæpiſſime in neutro. g. & decli. ſcda utitur. ut euenta euentorum. euentis: Quidam plane imperiti euentum aiunt ſignificare principium: ut apud ouid. Exitus acta probat: careat ſucceſſib⁹ opto. Quiſquis ab euentu facta notanda putat. Illud enim exit⁹ acta probat uox eſt accuſantium philidem argumento. quod dicitur a caſu. eos enim phillis ipſa execratur dicens careat ſucceſſibus opto quiſquis a caſu non a cauſis aliquid laudat aut uituperat. hæc Laurē. Tu autem uideto in lima.
Euidēs negociū dr̄. qđ uidet̄ & apte intelligit̄ nō qđ uidet & intelligit
Euelare eſt rem uelatam detegere.
Euoluere libros uide liber.
Exaudio uide Audio.
Exautorare eſt ducem ab imperio ſuo dimittere uel miſſum facere militem. illumq; donare miſſione militiæ plærūq;.
Excedo. uide decedo.
Excogitare eſt per cogitationem inuenire. idq; ad res tantū incorporeas pertinet. ut excogitaui argumenta ratiōes figuras. cauſas. ē igit̄ excogitare conſilii. Reperire uero fortūæ. ut Ouid. Tu non inuenta reperta es. Sed iam uſus optinuit ut idem reperio ſit quod inuenio eſt autem Inuenire uel conſilio uel caſu ſiue corporea ſiue incorporea reperire. Offendo fere quod Reperio. Cicero. Sed tamen neminem tā maleficum offendi &c. Nactus ſum etiam pro inueni. ſiue reperi. frequenter accipitur. Cicero de uite. Quicquid eſt nacta complectitur.
Excogitare uide etiam cogito.
Excretus ab excreſco eſt. hinc excertos hædos Vergi. dixit p̄cipiū

eſt in uoce paſſiua actionem ſignificans.

Excubiæ diurnæ & nocturnæ: Vigiliæ tantummodo nocturnæ.

Excuſare: uide cauſari.

Exemplum: inquit feſtus: eſt quod ſequamur: aut uitemus Exẽplar ex
quo ſimile faciamus. Illud animo æſtimatur: iſtud oculis cõſpicit. Mi-
hi aũt: licet feſtus ſcientiſſime de exponẽdis uocabulis loquatur: aperi
enda tame eſt magis horum nominũ differentia. Nam & Exemplum
eſt ex quo ſimile faciamus. ut Opera homeri Exemplũ ſunt poema-
ta ſcribere uolẽtibus. Quinti. lib. x. Ruſtici probatam experimento
culturam in exemplum intuentur. Et exemplar animo quoq; extima
tur. Cicero de oratore: Illa oratio fuit mihi exemplar benedicendi cæ
terum Exemplum eſt ipſa res quam imitamur: aut ſi ita fors tulerit de
uitamus in aliquo: ut in catone Cato autem ipſe exemplar. illud con-
tentum: hoc continens. Quod ſi indiſtincte his duob⁹ licet uti nõ ſa
ne repugnabo. Reperitur etiam exemplarium pro exemplar. Plynius
lib. vii. Iuba hæc omiſit in hoc tractatu. niſi exemplariũ uitioſum eſt.

Exhæredare: uide abdicare.

Exhibere illic negocium: Et facere uel faceſſere negociũ. eſt alterũ mo
leſtia ac labore afficere: frequẽter qdem per accuratiõnem. Cicero li.
tertio. off. Quod quum audiſſet adoleſcens negociũ uidelicet exhibe
ri patri. hoc eſt patrem accuſari. uel modeſtia laboreq; affici. Quint.
libro. v. Quando ſi negocium innocenti facit liberet eũ noxa qui ad
miſerit. ideſt ſi innocentem reum facit. Cicero ad appium. cum eſt ad
nos ablatum & temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent. id-
eſt accuſarent inſectarentur. ad pœnam uocarent. Negocium autem
ſæpe pro labore apud hunc præſertim legimus. ut in. ii. de. na. deorũ.
Dii nec habent negocium ipſi: nec alteri exhibent.

Exiſtimo. uide Aeſtimare.

Exiſtimatio. Vide ueni in opinionem.

Exiſtis. & Extat. quorũ unũ atq; idem pteritũ eſt. Simile quidam ſigni
ficant quod eſt eminet & ſupeſt. Sed primũ cũ motu: Alterũ ſine mo-
tu. Vt illud ſit prodit. uel exurgit. hoc uero ſuperſtat. Cicero de diui-
natione: Sũmerſus equus uoraginibus non exiſtit. Item uocẽ ab æde
iunonis ex arce extitiſſe. De reb⁹ quoq; mentis exiſtere dicimus. Vt idẽ
in lælio. Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. De extare unum exem
plũ. Vergi. li. iii. g. ſuffecerit. Stant circũfuſa pruinis Corpora magna
houm. cõſertoq; agmine cerui Torpent mole noua & ſũmis uix cor-
nib⁹ extant. Quo fit: ut de libris qui demortui non ſunt dicam⁹ exta
re. ut extant pauciſſimi Varronis libri. plurimi non extat. Nam ut di

homine qui adhuc uiuit loquimur ſupereſt.quaſi non ſubter eſt.& in tenebris latet:ita de rebus extat quaſi extra ſtat nō intra & in tenebris latet.Cicero in orat.Quæ ut ſcis extat oratio.

Exoletus ab exoleſco eſt:quod dum eſt ſubſtantiuū ſignificat ſcortū maſculū:& præcipue iam adultum.Dum eſt adiectiuū ſignificat adultum:ſed raro reperitur:ut apud plautum.Reliqui domi Exoletā uirginem participium eſt in uoce paſſiua actionem ſignificans.

Exoraui hoc munus:idem eſt:quod orādo impetraui. Exoraui ptem ideſt orando induxi.

Exorreo:uide Abhorreo.

Expaueſco pro ſuo primitiuo accipitur.

Expendere:uide Appendere.

Expeto:uide Appeto.

Explodo:uide complodere.

Exploratum eſt mihi:uide Compertum eſt.

Exploraui:uide ibidem.

Exploratores:uide ibidem.

Exprobro uerbū a Probro cōponitur:quod ſignificat tum qualēcūq; culpā impropero:ut apud Ouid.li.xiii.me. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Tū ingratitudinis Teren.in and.Nam iſtec cōmemoratio quaſi exprobratio eſt imemoris beneficii.Exprobrare ergo bñ facta ſua ē imemorē beneficii accepti inculpare.Imputare uero ſemp citra reprehenſionē. Quint.Imputas nobis propitios uētos & ſecundum mare.Imputare non nunq̄ pro computare.Caius & omni quadranti imputanda.Reputare quoq; in idem ſignificatum. Vlpianus. Sumptus litis tutor reputabit.

Expugnare:uide Debellare.

Ex ſententia aliqd habere.& ad uotum:licet illud uideatur ratiōis eē hoc affectus cuiuſdam:eodem tamen fere ſignificationis ueniunt:ut Quint.Habes ne uxorem ex animi tui ſententia:& alibi.Et ad omne uotum fluente fortuna laſciuit ocium.

Ex tempore dicere:eſt ex improuiſo.& impræmeditatum dicere.nec domi cōpoſitam orationem afferre:hinc uocatur extemporalis orō. perſius etiam ait.Ex tempore uiuere:ex tempore quoq; agere.Cicero.li.ii.offi.Quos credimus expedire rem:& conſilium ex tempore capere poſſe.Ex tempore quoq; exponitur ꝑ ex temporis conditiōe Cicero libro.iii.off. Vnius generis quæſtiones ſunt hæ omnes in qbus ex tempore officium quæritur.

Exturbare:uide deturbare.

Ex uinculis cauſam dicere:eſt alligatum̄ reſpondere criminibus:ut ex
equo pugnare eſt in equo ſedentem pugnare.

Aber multiplex eſt lignarius:& hic nō uni⁹gn̄is ferrari⁹ nec
f hic ſimplex:lapidarius qui & ipſe in multas diuiditur ſpēs.

Fabrica ē ꝓprie lignarii:ut aurificis aurificia:caupōis caupōa

Facies magis ad corp⁹: Vultus ad aīum refertur:atq; uolun-
tatem unde deſcendit.Nam uolo ſupinum habeat uultum.Inde dici
mus irato & mœſto uultu potius q̄ facie.& contra lata aut longa facie
non uultu a quo compoſitum eſt.Superficies:nō ſane diſcrepās a ſuo
ſimplici.ut facies maris:facies terræ:quaſi ſuperficies:& facies homi-
nis:quaſi primum illud quod intuemur in homine eſt tamen aliquā-
do ubi utroq; uti liceat:ut fœdata facie:& fœdato uultu ſciſſa facie &
ſciſſo uultu conuerſa facie & conuerſo uultu.

Facile pro nō dubie:Cice.in rabirio. Virū unū totius græciæ facile.
Doctiſſimū platonē.idē ꝓ roſcio:Nobilitate facile princeps. Vbi ad-
uertendū iungi cum ſuperlatiuo.& Cum princeps quia ſuperlatio-
nem ſignificat.Itē cum præcipuus:cū prim⁹:cū ſecūdus & ſi qua alia
ſunt Quintilianus de euripide loquens.facile præcipuus & admirād⁹
maxime eſt.Sic facile primus. uel facile ſummus. facile uero ſecundus
dicimus non ad ordinem reſpicientes:ſed ad dignitatem. Quale ē tu
es facile ſecundus ab rege.Hoc eſt facile poſt regem primus.

Facio te certiorem:nō certum & ſemper facio nunq̄ ago Vergili⁹ ta-
men anchiſen facio certum:ideo dixit quia ſyllaba breuis inter lōgas
non poteſt collocari in uerſu

Facio tibi poteſtatem eundi & redeundi. uide indulgentiam.

Facio tibi gratū nunq̄ ago tibi gratū.facio ludos facio rem diuinā: fa
cio ſacrificiū.facio ſolennitatē nūq̄ ago.& multa huiuſmodi item fe-
ci iacturam.feci damnū.feci naufragiū. Vix unq̄ paſſus ſū iacturam
damnū naufragiū.feci tamen fugam ꝙ ego fugi alterum.non ꝙ alter
me.feci timorē.ꝙ ego timui alterum:nō ꝙ alter me. Item feci iter nō
egi iter. Aliquando etiam feci uiam.feci copiam tibi rerum mearum
nunq̄ ægi aut dedi aut præſtiti copiam.feci poteſtatem tibi uidēdi reſ
meas domeſticas.non autem dedi.fec lucrum. non autem acquiſiui
lucrum Vrinam fecit ſtercus fecit non autem emiſit.

Facio tibi iniuriam & facio tibi contumeliā. Afficio te iniuria.& affi
cio te contumelia.facio tibi moleſtiam non ita libenter dixerim ut af-
ficio te moleſtia.

Facio ſermonem.uide habui orationem.

Factio ē diuiſio ciuiū in diuerſa ſtudia.quuȝ aliqui ſe principes ac pri

marios in ciuitate efficere conant. Inter quos æmulatio eſt: q̃ & factio ſi dicunt: pro ſe quiſq; q̃ maximã pot eſt ciuium multitudinem q cliẽ tes uocant a ſe trahens ſibiq; quouis pacto per fas nefaſq; concilians quæ peſtis inteſtina Cunctas ciuitates duntaxat italiæ infecit. Seditio autem uel a ſeorſum ſedando: uel ut Ciceroni placuit: a ſeorſũ eundo dicta tunc eſt: quũ populo ſecũ diſcordante res ad manũ uocat: qua lem ciuitatis tantũ Verg. deſcribit. dicẽs. Ac ueluti magno in populo quum ſæpe coorta eſt Seditio: ſæuitq; animis ignobile uulgus: iam que faces & ſaxa uolant: furor arma miniſtrat. Similiter dicitur Seditio in exercitu in claſſe. in ſchola. & ſiquid eſt tale.

Factioſus qui amat factiones: ut Seditioſus qui amat ſeditiones.

Falſus qui fallit: ut Teren. Cenſem me aliquam cauſam fictam falſaʒ ineptam ſaltem potuiſſe proloqui. Aliquando & paſſiue. ut idẽ: Cha rine falſus es. i. deceptus. & Saluſtius: Nec ea res me falſum habuit.

Fama: uide limam.

Faſtidioſus ſemp actiue ab autoribus accipi ſolet. pro eo. ſ. q faſtidit.

Fatuus plene inſipiẽs ẽ tractumq; ẽ a ſapore ciboꝝ. Nam quũ illi non ſapiunt fatui dicuntur. ita homo qui non ſapit fatuus uocatur. Martialis: ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ. O q̃ ſæpe petet uina piperq; coquus. Melior huius uocabuli uidet hæc cauſa q̃ ea: quæ q̄buſdam place. fatuos dictos qui furore quodam quaſi uxor regis fau ni fatua nomine corripi ſolebat: futura prædicũt: ut illa faciebat. Stul tus autem dicitur qui imprudens eſt: & improuidus: multiq; non inſi pientes homines aliquando ſtulte agunt: Stolid s eſt: qui proxime ac cedit ad naturam ſenſumq; pecudum.

Felix qui recipit felicitatẽ & q dat: Ver. ſis felix: noſtrumq; leues quæ cũq; laborẽ: ꝑ eo qd̄ ẽ ſis proſpera & benigna. Vide etiam Beatus.

Femen uide coxa.

Femur uide ibidem.

Fere ſignificat pene. Cuiꝰ ſignificatio ẽ paulum abfuit quin ut pene ſiue fere in manus hoſtium incidi: idem paulum abfuit quin in mani bus hoſtiũ inciderẽ Altera ſignificatio ẽ: quũ intelligit aliqua uniuer ſalitas: ut Quint. hæ fere ſunt emendate loquẽdi ſcribẽdiq; ptes. i. fere oẽs. Ideoq; illud omnes adiungit: ut idem: Nam in omnibus fere mi nus ualent præcepta q̃ experimenta.

Fero ſententiam. uide Dico ſententiam.

Fero leges: uide ibidem.

Fero tibi acceptũ: idẽ ẽ: qd̄ Refero tibi acceptũ: pro eo quod ẽ fateor me hoc abs te accepiſſe: qd̄ mihi debebas: etiam ſi ſolutio nulla inter

ceſſit. Vnde fit acceptilatio: quam Iuſtinianus per interrogationē &
reſponſionem fieri uult. De refero plura uide in R.
Feruus homo qui animum ferinum optinet: ut leões urſi lupi. ferox
q̄ p̄ aioſus ē ad certādū cū altero: & ad ui alteri faciēdā atq; nocēdū.
Ferri ꝓprie: quæ dicuntur: uide Agere.
Ferruminat̄ cõglutinat̄. coaleſcit colligat̄. Ply. libro. xi. c. lvii. & medu
la Ex eodem uidetur eē: a iuuenta rubens & ſenecta albeſcens: nõ ni-
ſi canis hæc oſſib⁹ nec cruribus iumentoꝝ aut canum q̄re fracta nõn
ferruminat̄: quod defluente euenit medulla. Idē li. xxxvii. Infeſtatur
plurimis uitiis ſcabro ferrumine & quaſi glutino & cõmiſſura ſiue iū
ctura: ſiue ligatura. ferruminatio Caſſius ait ꝑ eādē materiā facit con
fuſionem: Plūbatura nõ efficit Vt aūt oñdim⁹ ferruminatio nõ utiq;
per eandē materiā facit cõfuſionē. ſed interdū quoq; per aliā. plūba-
tura per ſolum plumbum efficit confuſionem ut ipſū indicat nomen
Feſſus: uide laſſum.
Feſtus dies poti⁹ q̄ feſtiuus. Res feſtiua poti⁹ q̄ feſta. Nām feſt⁹ feſta
feſtū ad diē feſtū ptinēs. feſtiu⁹ feſtiua feſtiuū res iucūda & læpida. Vt
oro feſtiua dictū feſtiuū frondē feſtiuā legim⁹ non quæ ad feſtum cõ-
parata ſit: ſed quæ iucunda & læta. Nam & feſtam frondem uocamus
quæ feſtis adhibetur. feſtiuum multi pro feſto accipiunt.
Fictile uas quod fictum eſt a figulo non quod fingi poteſt.
Fictitio ratio quæ ficta eſt.
Ficus pro fructu in ſcđa declinatiõe dr̄ & quarta. horatius pinguib⁹ &
ficis paſtū iecur anſeris albi. Et ply. ad Ruffū. Quæ nūc cū ficis & bo-
letis certamē hñt. Martialis: Res nitra eſt: ficus nõ hēt unus ager. Ply.
libro. xv. Cū & obſonii uicē habeāt recentes ficus. ficus itē ꝓ arbore
ēt ſcđæ & q̄rtæ decli. legit̄ Iuue. Sterilis mala robora fic. Cice. de. o ra-
tore. Vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. ꝓ uitio aūt ſecundæ eſt de
clinationis & generis maſculini. licet priſcianus quartæ eſſe uelit.
Ficulnus ficulna ficulnū ꝓ materiato ex ficu dicitur. ut a populus po
pulnus: & a corylus colurnus: & ab abies abiegnus. ab ilice ilignus.
Fides dicendū ē non fidis in ntõ. Pompeius enim feſtus ita ſcribit: fi-
des genus citharæ dictæ ꝙ tantum inter ſe cordæ eius: quantum inter
homines fides concordet: Ergo fides dicendum eſt: cui⁹ diminutiuū
fidicula uel parua cithara uel cordula. Fidiculæ uero in plurali pro in
ſtrumento torquendi: ex duob⁹ ut reor & obliquatis lignis compactū
uel ex torquenda fide ac ueritate. uel a neruis finib⁹ uinculiſq;: quib⁹
ad illum modum homines torquendi alligantur.
Fides ꝓprie latine dicitur probatio: ut facio fidem per inſtrumēta: p

arguméta per teſtes. fides ẽt ꝑ credulitate accipiť quale ẽ habeo tibi fidem. Recte igiť ẽt nr̃a religio nominata é fides.
Fiens in ſimplici ſuo nõ reperiť: nec quo ab hoc formareť fiendum. Dicimus itaqꝫ caleſcens & calefaciẽs. Nec deſunt qui fiens utanť: ſed in compoſitione. Vt in pſalmo undecimo: & factum eſt cor noſtrum tanq̃ cæra liquefiens in medio uentris mei: idqꝫ a liquefio eſt. A liqueſco uero liqueſcens eiuſdem ſignificationis cuius liquefiens: paſſiue enim accipiuntur.
Filiaſter qdam utunť ꝑ priuigno: qꝫ imitať filium. Illa enim diminutiua quæ fiũt in aſter imitationem potius ſignificãt q̃ diminutionem. Neqꝫ.n. ea ratione diciť oleaſter qꝫ ſit parua olea ſed ſilueſtrem oleam imitatur. Vide etiam in Antoniaſter.
Filius q̃ natus oratores ſæpius dicũt: ſæpius ẽt pater q̃ genitor: Mater q̃ genitor. Sed parẽs ꝑ utroqꝫ. Etiã ſæpe homo potiuſquã uir: qtale hoc ẽ: illi deduxerunt hoĩem in paleſtram poetæ potius e cõtrario hiſtorici mediam quandam uiam tenent.
Fingere: uide effingere.
Fiſſilis arbor: fiſſile lignum: fiſſile robor: tum quaſi fiſſuꝫ cũneis.n. dicitur fiſſile lignum tũ quia findiť. quaſi fiſſibile. Ply. lib. xvi. hæc maxime fiſſilia: alia frangi celeriora q̃ findi. Idẽ paulo poſt: Nulluſqꝫ fiſſile rimis hoc lignũ: hoc eſt fiſſum.
Fœnero tibi diciť: Sicut mutuo ubi fœneror abs te: ſicut mutuor abs te. Qui mutuat pecuniã dat mutuo. Qui fœnerat pecuniã dat ad uſuram: qui mutuať pecuniam mutuo accipit. qui fœnerať pecunia ad uſuram accipit hæc Lau. Tu uero aliter in lima leges.
Fœneratitia res. quæ ad fœnus pertinent.
Fœnus diciť naturalis fructus terræ. poſtea aũt ad uſuram tranſlatũ. quaſi pecunia per ſe fructum producat ſicut terra.
Fœtus. uide Catuli.
Fœtuoſus a fœtus diciť nõ fœtoſus. quæ enim quartæ ſunt declinationis aſſumunt. u. ut uultuoſus fructuoſus.
Fœtura. uide ibidem.
Folia. uide frondes.
Formidoloſus pariter actiue paſſiueqꝫ accipiť. Terentius. egon formidoloſus idest egone qui timeam. Saluſtius Regibus boni q̃ mali ſuſpectiores ſunt. ſemperqꝫ iis aliena uirtus formidoloſa eſt ideſt quæ formidatur.
Fore qdem habet uocem infinitiui. ut eẽ ſignificationẽ uero participii. quod ẽ futurũ una cum infinito eſſe. Idem eſt enim fore quod fu

turum eſſe non tantum eē licet forem fores foret : idem fit quod eſſe; eſſes eſſet . quare cum nomine iungi habet fore non cum participio: duo participia ſimul confundamus: ut Spero te amatorem uel amicum fore. Non autem amaturum fore ſed tantum amaturum : ne uidearis hoc dicere: te futurum amaturum: quod ratio non patitur: cu; futurum ſuperuacuum ſit. Item de participio paſſiuo futuri. Timeo te uerberandum fore ſatis erat uerberandum: uel adiūcto infinito uerberandum eſſe . Participia autem p̄ſentis tēporis & præteriti ſæpe cu; fore iunguntur ſi illa in nomen tranſeunt: ut ſpero te ſapientem fore credo me amantem tui fore. Non te: ſeruat enim naturam nominis non participii: opinor te acceptum illis fore non ab illis. Quando ēt futuri participium paſſiuum in nomen reuertitur: tunc recipit fore. Vt ſpero hunc puerum admirandum uirum fore idest admirabilem Hæc Lau. Tu Tamē in lima de fore cum participio paſſiuo futuri aliter etiam leges.

Flagella: uide pulſare.

Flagito uehementer & pluſq̄ poſtulo: ut Cicero pro Quintio: quanq̄ hoc cauſa poſtulat & ſi poſtulat: non tamē flagitat. Poſtulo aūt ē quodāmodo requiro: ut res locus p̄ſona tempus cauſa poſtulat: & tāq̄ rem iuſtam peto. Curtius poſtulabat aūt magiſq̄ petebat niſi accipimus ut Varro apud Seruiū uult humiliter petebat. Sic enim ait poſcere eſt cū aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Petere uero eſt quum aliquid humiliter & cū precibus poſtulamus: petere præterea eſt in bonum & in malum. ut pater laudem filii petit. Multi filii petunt mortem patris peto utiq; cū abltō in malā partē accipit̄: ut peto te gladio peto te ueneno: peto te inſidiis. Nam illud apud Vergilium : Malo me galatea petit laſciua puella. Idem eſt quod malo me inceſſit & pomoru; iactu percutere me ſolet. Poſco etiam proprie rem debitam & honeſtā peto. Inde repoſco quod eſt rem meam: & quod mihi debes reddi peto . Ex poſtulo & cum querela apd̄ aicos requiro & quaſi officium amicitiæ i alio deſiderio. ut Terentius in adelphis. Quam ipſi fecerunt ultro iniuriam expoſtulant: ſed frequentiſſime poſt ſe habet ablatiuum ſeruiēte præpoſitione cum: ut quid habes qd̄ mecū expoſtules.

Flagitium proprie in libidine ē: q̄ſi flagris dignum crimē: ſed pro cæteris quoq; peccatis accipit̄: nec tñ turpibus: uerum his ēt quæ ꝑ negligentiam imprudentiam: obliuionemq; cōmittunt̄: ut Cicero in Bruto: Tantam ne fuiſſe obliuionem inquit in ſcripto p̄ſertim ut ne legēs quidem ſenſerit q̄tum flagitii admiſiſſet. i. erroris.

Flere: uide eiulare.

Flexilis ramus:flexiles uites:q͞ flexæ ſunt & lapſu erratico torquenť.
Fluuiatilis piſcis incola fluuii.
Fraterculus a frater diminutiuum eſt:ut a pater paterculus: A mater matercula.
Fraudoloſus qui fraudem facit:quod a fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̃ a fraude.
Fregit nauim fregit brachiū dicimus:quaſi ipſe fregerit & iple egerit: & nō potius paſſus ſit. Teren. Is fregit nauim apud Andrū.
Fremitus diciť ex alto mari ſonus fluctuum:& ĩ populo murmur. Itē uox oratioq͞ & indignantis & excandeſcētis:& quaſi humanā uocem præ iracundia imitantis. Strepitus fit ex corporum tactu:ex colliſiōe reꝝ & multaꝝ uocum in unū confuſione:ſi modo nō ſit ĩmodic⁹ tūc enim fremitus diciť. Stridor eſt acrior & quaſi ſibilans colliſio. Strepitus tñ ꝓprie pedū ambulantiū manūq͞ aliqd pertractantiū ſonus eſt: Crepitus aūt quid ſit:uide in. C.
Frequentē locum dicim⁹ quē freqnētare multi ſolēt:ut urbs frequēs platea frequēs:ubi multi hoies aut habitāt:aut diuerſanť. Quādo autem de pſona aut de re animata loqmur duobus modis diciť:uel de ſola ſic. Sit miles frequēs ſpectator pliorꝫ.i.creber & aſſiduus. Vel de turba ſit frequēs populus frequēs ſenatus.i.copioſus & multus:& q̄dem cū nomine collectiuo in ſingulari:cū cæteris uero in plurali: ut frequētes ciues:freqntes ſenatores:hoc ē multi & numoſi. Verumtñ quū dico ſis frequēs innuo actionem:qum dico frequēs locus paſſionem. ille frequentat. hic frequētatur.
Friget idem quod frigidus eſt.
Fretus ſignificat confiſum:ut fretus fortaſſe familiaritate:quæ ē ei tecum:auſus eſt confiteri.
Frōdes arboꝝ ſunt tm̄:folia aūt & arboꝝ & herbaꝝ & florum quoq͞ hæc lau. Tu uero aliter in lima leges.
Fructuarius cuius eſt fructus.
Fruges quicqd ex fructu terræ in alimoniā uertimus. Seges uero eſt eoꝝ ſeminū:ex qbus cōficiť panis:nondū demeſſa. Nō nūq̃ ſubactā humū ad accipienda ſemina ſegetē uocam⁹. Verg. illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricola:bis quæ ſolē bis frigora ſentit.
Frutex eſt:q ad iuſtā magnitudinē arboris nō aſſurgit:& ſtatura ſimilis ē multis herbis:ſed nō demoriť:neq͞ areſcit ut herba:ſed perennis eſt:inter frutices eſt ſoboles quoq͞ illa arboꝝ & plātula. Hinc fruticari uerbum:qſi fruticē renaſci ex arbore. M. Tullius ad atticū. Exciſa eſt enim arbor non euulſa. Itaq͞ q̃ fruticeť uides. Nam illud qđ ſæpe

legimus fruticari pilum tranſlatum eſt.

Frui & uti hoc differũt. Vti ẽ alterius rei gratia: frui nullius: ſed pp ſe qui fruit̃ quieſcit & contẽtus ẽ. Qui utit̃ nunq̃ contentus ẽ: ſempq̃ ulterius tendit. Ideoq̃ reprehenſus ẽ Annibal: qui cum poſſet uti cãnẽſi uictoria frui maluit. Vtor armis: utor domo: utor libris utor ſtudio: diligentia opera q̃ ex hoc poſtea emolũmenti aliquid boniq̃ conſequar: fruor bonis meis fruor tuo aſpectu: tuo alloquio tũo cantu: hoc eſt delectationem uoluptatẽq̃ pcipio ex hac re: atq̃ ex huius rei uſu. Dicimus tñ nõ nunq̃ utimur p fruimur. Vt utor pane triticeo utor ficis. Deniq̃ frui ẽ delectationẽ cape ex utẽdo. Itaq̃ in idem recidunt frui delectari uoluptatẽq̃ cape. Vtor ſignificat ẽt conuerſor Cice. ad Celluz: Fabio uiro optimo & hõie doctiſſimo familiariſſime utor: Et inde fit uſus: ut uſus fuit mihi tecum. i. cõuerſatio familiaritas & conſuetudo. Quint. Mulierem cum qua longa cõſuetudo ſeu lõgus illi fuerat uſus ponit̃ item Vſus pro utilitate & fructu. Nam ſolemꝰ aliq̃ re ideo uti ut ex ea fructum percipiamus.

Fungor aũt idem ẽ qđ officiũ munuſq̃ ago: ut fungor magiſtratu: ꝑtura legatione fungor officio delegato: uel munere iudicis fungor uero uita q̃ fungor officio uitæ: & munere adminiſtrandi gubernãdiq̃ corpus. Inde defunctus eſt uita: ideſt finiuit officium uitæ. Legimꝰ ẽt. Defunctus morte. i. mortem finiuit. Et defunctus periculis: q̃ finita ſunt pericula. Et defuncta morbis corpora: q̃ finiti ſũt morbi corporum. De prior autem uide in. p.

Fuluaſter fului imitator.

Fũdus cõtinet̃ ab agro. Singula. n. prata ſingulæ uineæ: ſinguli horti: ſingula oliueta: pomaria: ſalicta: arbuſta: paſcua. nemora loca aucupatoria: uenatoria: piſcatoria: ſiue uillã atq̃ ædificiũ: ſiue piſcinã: ſiue aluearia: ſiue uiuaria habeãt ſiue nõ habeãt ſinguli fundi ſunt & hoc q̃dem in agro: ager enim cõtinet fundum: nõ continetur a fundo.

Fundum eſt ima pars rei: ꝑprie aliquid liquorꝫ intra ſe continẽtis: aut ad continẽdum factæ: ut dolium ut nauis ut alueus uel fluminis uel lacus uel ſtagni uel maris. Nam fundum turris ut q̃dam ſcripſerunt ipſe non dicerem. fundamẽtum ut omnibus liquet aliud eſt q̃ fundũ Et tamẽ fundare magis ad fundamẽtum q̃ ad fundum pertinet. fundamus enim domum non nauim aut dolium. Fundare & fundamẽta iacere differunt: q̃ fundare eſt ualidis fundamentis fulcire: fundamenta uero iacere quaſi qualiacũq̃ fundamenta facere: & quodãmodo dare rei principium: Suetonius de uita Caii. In ara capitolina nouæ domus fundamenta iecit: & per tranſlationem Cicero: In quo tẽ-

plo quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.

Fungor: uide frui.

GAudere proprie eſt intrinſecus. lætari extrinſecus.

Gemere: uide eiulare.

Gemmas Plynius oẽs lapides p̃tioſos (p̃ter margaritã) noie unio: qđ tm̃ latina lingua hẽt: appellat. Eſt ãt Margarita ſiue margaritũ q̃ in concha naſcit̃. & conchylium dicitur: quam uulgo Perlã appellant: hæc ẽt uocat̃ Vnio: ut idem Pli. ait: qa nunq̃ niſi indiſtincta reperiat̃. Eſtq; generis maſculini. Nã fœminini illud quo nũc quidam ꝓ unitate utunt̃: nec autoritate nititur. Neſcio. n. apud quẽ reperiat̃: nec arte. Cũ deberet eẽ maſculini potius gñis: ut Talio Steliõ Curculio. Lapillus autem generale nomen eſt omnium paruorum lapidum: ſed ſubintellectione precioſum: idem quod gemmula.

Gena mẽbrana illa dicit̃ & quaſi ueſtis: qua oculis tegit̃: quũ cõniuit .i. aperit̃ & claudit̃: hoc ẽ. n. cõniuere. Mala uero illud inter genam & buccam quaſi rotũdum in ſpecie mali. Cuius interior pars q̃ oris hiatum efficit: ubi molares affixi ſunt. Maxilla dicit̃: nomẽ diminutiuũ ſi re ſed uoce. Malam quoq; genam dici plynius fatet̃. Ait. n. infra oculos malæ homini tantũ: quas Priſci genas uocabãt iõq; dens ille intimus & ipſi gene affixus genuinus dicit̃: qui qa maxime latet ea re factũm ẽ iam tritum uetuſtate ꝓuerbium: genuino rodere dente. i. latẽter per inuidiam carpere famam alterius.

Generaliter ſignificat oĩa ſimul quæ ſub genere ſunt amplectẽdo: generatim uero per ſingula genera: ſeu magis ꝑ ſingulas ſpẽs. Siquidẽ ſpẽs genera uocamus ut quot ſunt genera arboꝝ: quot ſunt gña uitium: potiuſq̃ quot ſunt ſpẽs: Vergi. generatim diſcite cultus.

Genitrix uide filius.

Genuinus dens uide gena.

Genitiuus oĩs ut actiue aut paſſiue accipit̃. Adde ẽt poſſeſſiue: quod pœnæ ꝑ actiue accipio. Actiue ut ꝓuidentia dei: bonitas dei: paſſiue ut timor dei cultus dei. ibi deus ꝓuidet. & benigne agit: nõ ipſi ꝓuidetur & benigne fit: hic timet̃ & colit̃: ñ timet nec colit: poſſeſſiue ſedes dei regnũ dei. Atq; ut in huiuſmodi oratione intellectus apt⁹ ſuſpitio uxoris. Dubium ẽ de utro loquaris: an de amore: quẽ deus in nos hẽt an de eo: quẽ nos in eũ: de charitate patris in filios an filioꝝ in patrem de ſuſpitione maritali. an de ſuſpitione uxoria.

Gerundia licet a participiis differant tñ ꝓpe inter participia numerari poſſunt. Supina inter uerba. Mariõq; participalia uocata ſunt. Nã &

caſus & genera habẽt: ex quo uerba nõ ſunt: ſed participia ſiue parti-
cipialia. Regũt præterea more uerboꝝ participiorũq;: ex quo nomi-
na non ſũt: poſt ſe inq̃ regũt nõ ante:
Gerũdia differũt a participiis: q᷑ ipſa ſignificant rei adminiſtrationẽ ſi
ne tpe. Illa uero tempus ſine rei admiſtratione. Vt tenet me occupa-
tio iuris dicũdi: gerũdiũ nec tp̃s ſignifico futuꝝ ſed rei admiſtrationẽ
hoc ẽ in iure dicũdo. Rurſus tenet me cura dotis nũandæ. i. quæ nu
meranda eſt particip. ũ eſt futuri ſignificatiuũ ſine adminiſtratiõe rei.
Gerũdia non regũt paſſiue ſed actiue.
Gerũdia nominatiuis carere dñt: uariant̃ itaq; p oẽs obliquos nũeroſ
q; & genera: Nã ut ego ſentio hæc oĩa habẽt in gtõ ut delectatio fruẽ
di principat⁹: fruendæ prouinciæ: fruẽdi imperii. Moleſtia educãdo-
rũ filioꝝ locandaꝝ filiaꝝ: colendoꝝ p̃dioꝝ. Regitq; is gtũs aliquãdo
Cicero. Equidem efferor ſtudio patres ueſtros quos colui & dilexi ui-
dendi in Datiuo. uaco agro colendo. Vineæ paſtinãdæ: nemor. ſuc-
cidendo. In plurali una uox eſt triũ geneꝝ. ut uaco agriſ uineis nemo
rib⁹ procurandis. Qui caſus regimen non habet. abſurdũ ſit nanq;
dicere. Do operam colendo agrũ: uel legendo librum. In Accuſati-
uo: ut eo ad ſalutandũ fratrem: ad ſalutandam ſororem: ad ſalutan-
dũ ſidus: ad ſalutandos fratres ad ſalutandas ſorores: ad ſalutanda ſi-
dera. Quod elegantius dicit̃ q̃ cũ regimine: ut eo ad ſalutandũ fra-
tres: ad ſalutandũ ſorore: ad ſalutandum ſidera. Per alias quoque præ
poſitiones ſimiliter. Sed inter raro habet cum gerundio ſubſtantiuũ
rarius regimen. Vt Liuius libro ſecũdo. Et ipſe inter ſpoliãdũ corp⁹
hoſtis ueruto percuſſus. Et iterum: inter accipiendas de ſuis commo-
dis rogationes. In ablatiuo ſine præpoſitione: ut ſit iniuria fundi do-
mino: uel defringendo ramo: uel ligno incidendo. Res eunt ordine
lite æſtimanda. Ideſt quũ defringit̃ ramus quum incidit̃ lignũ: quu;
lis æſtimat̃. Vel defringendo ramum: incidendo lignũ: æſtimando li
tem. Sed freqnentius uſi ſunt ueteres ablatiuo plurali in tali genere
ſermonis: ut Cicero: Orationem autẽ latinam profecto legendis no-
ſtris efficies pleniorem ideſt legendo noſtra. Nam in ſingulari ſolebãt
ſæpius apponere p̃poſitionẽ ut in cõmittendo prælio.
Gerundii Accuſatiuu cũ præpoſitione non tantum actiue accipi ſo
let: ut tu es idoneus ad diſcendũ: ſed etiam paſſiue: ut hæc res facilis ẽ
ad diſcendum.
Gerũdii Accuſatiuus iungitur frequenter cum ad raro cum in. Item
frequenter cum ob: propter. & inter raro cũm ante. Vt uado ad capi-
endum hoſtem: & in capiendum hoſtem. Ego ueni ob te: uel propter

te redimendum. Inter nauigandum pro in nauigando ſæpe legim⁹. Vergilius: Et inter agendum Occurſare capro cornu ferit ille caueto idem. Namq; ante domãdum ingentes tollent animos. Deniq; cum accuſatiuo fere ſemper iungimus ꝑpoſitionem: præter pauca q̃dam quæ ſunt loco. Conduco. Mando. Curro habeo pro debeo & ſiqua ſunt alia: ut faciendam ſepulturam locarent. i. darent alteri facienda; uel ipſi locarent ſe ad faciendum utrũq;. n. ſignificat: nõ participium eſt: ſed gerundium illud faciendam. Illa autem participia in nomen tranſeuntia: putaui ad te ſcribendum: exiſtimaui hanc rem tractãdã: cenſui tibi illud ſignificandum. i. dignum ſcribi: tractari ſignificari. Gerundii Ablatiuo ſeruit in frequẽter. Cætera rarius. de. ex uel. e. a. uel ab & Cum. In: ut in nauigando in legendo: quod idem eſt quod in ipſo nauigare: uel in ipſo legere. De ut de edendo: de migrãdo de agendo. Quintilianus. Quum præcipere de apte dicendo cœperimus. Etiam cum motu. Cicero ad atticum libro tertio. Tu qd cogites de tranſeundo in epirum ſcire ſane uellm. Ex uel e ut ex defendendo q̃ ex accuſando uberior gloria comparatur. A uel ab Cicero. Ex quo ardeſcit ſiue amor ſiue amicitia. utrunq; enim dictum eſt ab amando. Et alibi: non diſtinguit a non dolendo uoluptatem. Plyni⁹ poſterior. Sermonibus dies tranſigebat: quum a ſcribendo uacaret. Cum: ut Quintilianus. Sed ratio recte ſcribendi coniuncta cum loquendo eſt. Regit autem hic Ablatiuus ſine præpoſitione caſum: ut hos accuſando: illos occidendo. totam ciuitatem labefactaſti. Cum ꝑpoſitione: in etiam regit: ut in tribuendo ſuum cuiq;. Quandoq; uariat genera: ut in colendo agro in paſtinanda uinea: in nemore excidendo. Per de ſimili modo etiam regit. ut Cicero in Tuſculanis. His præſertim cognitis quæ de nihil ſentiendo paulo ante dicta ſunt: niſi dicimus nihil aduerbium nunc non nomen. Et uariatur per genera: ut de accuſatore conſtituendo de collocanda filia. De prædio emendo: per Ex uel e: & a uel ab neſcio an licet dare tali gerundio regimen. Nullum enim exemplum occurſit. Variari autem per genera certum eſt. Cato Ex pſalmatis bibendis ex aluo lauanda. Et abſtineas ab offendenda rep. Sed cauendum ne id uerbum ſignificet motum quale eſſet. Reuertor ab arando: uel ab arãdo aruo. Redeo a ſpectando uel a ſpectandis ludis. Cum ſit dicendum reuertor ab aratiõe uel ab aratione arui: Redeo a ſpectaculis: uel a ſpectaculis ludorum. Per cum uix locum habet talis oratio: ut non participium ſit potius q̃ gerundium: ut ſedeo cum uiro coronando. i. qui coronabitur: non autem qui coronatur.

Gerundia oia quũ ſociata ſunt ſubſtantiuis paſſiue accipiũtur. Diſiũcta uero nõ nunq̃ paſſiue: utiq; ſine ꝑpoſitione & ſine genere in caſu ablatiuo ut apud Vergilium: Aliter uitium creſcitq; tegẽdo hoc eſt quum tegit uitium. Et iterum uritq; uidẽdo fœmina. ideſt quum uidetur fœmina. Quinti. Memoria excolẽdo ſicut alia oia augetur. i. dum excolit: non aũt dum excolit: nec regit caſum: quale foret. Vrit fœmina uidendo a maribus: ſicut dicius uruntur uiri uidendo fœminas. Accuſatiuus quoq; cum ꝑpoſitione non tantum actiue accipi: ut tu es idoneus addiſcendũ: ſed etiã paſſiue ut hæc res facilis ẽ addiſcẽdum quod etiam ſuperius patuit. Quidam non indoctus hac ætate ſcribere auſus eſt. Iam iam urbs in periculo capiendi eſt pro eo qd' eſt iam urbs in periculo eſt ne capiatur: ſiue hoſtis parum abeſt a capienda urbe. Cum ſemper ſine ſubſtantiuo gerundium accipiatur actiue. Aut ſi neutro uenit neutraliter. Hæc Lau. Tu uero in lima aliter leges de gerundiis in Di.

Geſta: uide acta.

Geſtus eſt actio quædam & quaſi ꝑnũciatio corporis: geſtio uero adminiſtratiõ & actio: q̃uis parum in uſu eſt.

Glorioſa uictoria. i. plena gloriæ glorioſus homo. i. affectator gloriæ qualis miles glorioſus apud Plautũ & Teren. Verũ glorioſus qñ honeſtæ ſignificantiæ ẽ pro gloria habente habitionem plenitudinemq; ſignificat. Quãdo inhoneſtæ affectionem: ut dixi.

Gradũ facere: non ẽ trãſitum facere: ſed ad aliquã rẽ gradũ & q̃ſi ſcalã ad alia facere. Ideoq; a qbuſdam dicit gradũ iacere: ut ſi riuum tranſire: ſi in arborẽ feneſtrãue aut tectũ ſcandere uelim: ex ſaxo aut ſcãdo aliqua ue alia re gradũ facio. Quinti. Interim ad ea quæ ſunt potentiora gradum ex his feciſſe cõtenti. Cicero cõtra Rullum. Hũc quaſi gradum quẽdam atq; aditum ad cætera iactũ intelligetis.

Gratum facere ẽ quidam minus: & ꝑpe illud quod obſequi & inſeruire: ut Cicero. Si hunc iuueris gratiſſimũ mihi feceris.

Gratificari ẽ qdam magis: ut deum gratificari hoibus dicimus nõ autem gratum facere. quaſi idem ſit quod beneficia conferre.

Gratulari eſt uerbo teſtari: te gaudere fortuna ac fœlicitate alterius apud eum ipſum: qui affectus ẽ fœlicitate. Non nunq̃ apud teipſum ob tuam fœlicitatem. Ideoq; fere poſtulat datiuũ: ut gratulor tibi ob tuam præturam adeptam: gratulor manibus meis: qbus ut te contingerent datum ẽ. Quinti. q; miſera puella nõ gratulet ſibi: q; illã pauper accuſare iã põt. Poetæ nõ nũq̃ ꝑtereũt dtũm: utiq; quũ fuerit pro nomẽ: q̃ fuit cauſa ut qdã exiſtimarẽt: quoq; ẽ Apuleius: hoc uerbũ:

idem ſignificare quod gaudeo: Oui.i heroidibus:gratulor oecaliam uitulis accedere noſtris.gratulor inq̃ tibi u el mihi uel nobis.Idem tertio de arte.Priſca iuuent alios ego me nunc deniq; natum gratulor. ſubintellige mihi.Et interdum etiã oratores.ut Quint.gratulemur iã ꝙ nulla ciuitas fame laborat.ſubintellige nobis. Dicimus aliquando gratulari pro eo quod eſt gratias agere:ſed non fere niſi diis imortalibus ideoq; proprie idem eſt quod ſupplicare.Si quidem triumphantes in capitoliũ aſcendebãt:ioui optio maxio cæteriſq; diis gratulatũ. Grator in eadem accipiẽ ſignificatione:in qua gratulor: ſed poeticũ hiſtoricũq; eſt. Virg.iuueni germana uiam gratare ſorori.

Gratus & iucundus quo differant:uide iucundus.

Graue ſuapte natura põderoſum ſignificat ut graue ſaxũ graue ſcutũ ꝙ.ſ.grauat nos in ferẽdo:& qđ ægre & cũ moleſtia ferẽ.inde ꝑ abuſioné trãſferimus ad ſenectutẽ:ad morbũ:ad dolorẽ.quia hi qui moleſtiam ex ſenectute morbo cæteriſq; ſentiũt:quaſi onere intolerabili premuntur:quod cupide uelut graue pondus a ſe uellent deponeẽ. Neq; ſolum ad moleſtias corporis tranſlatio hæc fit:uerũ ad moleſtias animi:ut grauis cõtumelia:grauis iniuria:grauis mœror:grauis iactura:quæ aium gñe quodam ponderis premunt.itaq; unus modus eſt que corpi aut animo moleſta ſunt ea grauia appellare.eo ꝙ moleſtia a mole.i.ab re magna magniq; põderis uocitata eſt. Alter mod⁹ eſt ꝙ quẽadmodũ grauia & grandia ſaxa ac graues tunci nõ facile loco mouenẽ:ſed ad oẽm tempoꝝ mutabilitatem hærent ita homines conſtantes ac præditi ſapientia merito per figuram graues nominantur:ꝙ nec precibus:nec minis nec uanitate nec promiſſis ab æquo & iuſto ſummouentur.ut hi faciunẽ quos leues uocamus:qui in ſimilitudinem pulueris ac palearum ad omnem auram uentilantur.

Gregatim:per diuerſos greges.

Gremium eſt intra cõplexum femoꝝ feminũ ue:quo in cõplexu mulieres concipiũt.& per trãſlationẽ gremium terræ appellamus:quũ ſemen ſuſcepit:cõceptũq; retinet:quaſi uiuentem fœtum poſtea paritura.Quare quũ lactanẽ infantes ad ſinum admouenẽ:pueri uero iam facti a ſedẽtibus matrib⁹ utiq; cũ illis blandiunẽ ad gremiũ accipi ſolent: Vt Virg.de cupidine ſub imagine pueri aſcani:hæret & interdũ gremio fouet inſcia dido.Quin etiã matres nutrices ue quũ ſuper genua collocant infantẽ aut extremis ueſtibus repoſitũ & ad uteꝝ uſq; ſublatũ geſtant.in gremio magis q̃ in ſinu tenere aut geſtare dicunẽ ut idẽ de eodem.Et fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. Sinus uero eſt intra pectoris brachiorũq; complexum. Inde ſinus ueſti

um. quales erant tunicæ romanorum. & modo quorũdam religioſorum ſupra cincturã laxitas illa ueſtis quæ Cingulum operit: Littora quoq; curua & quaſi brachiis mare amplectentia Sinus uocam⁹.
Grex ouium. grex caprarum grex porcorum dicitur. grex deniq; generalius nomen eſt. Armentum uero ſpecialius utputa equorum aſinorum mulorum boum camelorum elephantorum & ſimiliũ. licet q dam tantum uelint eſſe boum quaſi ab arando Armenta dicta deinde ſublata tertia littera Armenta.

Abeo. Tantũ habeo polliceri. inquit Cicero ad lẽtulũ. Idem in Catone maiore: neq; eos ſolum conuenire habeo quos uidi ſed etiam quos audiui & legi. Idem in oratore. Audire habeo quid ſentiat. Quod ut ipſe interpretor idem eſt: quod pollicendum conueniendũ audiendũ eſt mihi.
Habere fidem: uide Dare fidem.
Habere gratias. Vide agere gratias:
Habes quæ ſentiam Brute de ratione dicendi. hæc habui de amicitia quæ dicerem. hæc ſunt quæ putaui dicenda hoc tempore. Sunt uerba Ciceronis ad extremum materiæ a ſe tractatæ: quib⁹ & cæteri autores uti ſolent. Quintilian⁹. Habes Marcelle uictori: qbus præcepta dicendi adiuuari poſſe per nos uidebantur. Et iterũ nihil habui amplius: quod in uniuerſum præciperem. Et iterum. Hæ fere ſũt emendatæ loquendi ſcribendiq; partes:
Habui orationem non feci orationem feci ſermonem potiuſq̃ habui Nõ nunq̃ etiam habui. Cicero de ſenectute: Cyrus quidem in eo ſermone quem moriens habuit &c.
Haranaceus ex materia harenæ.
Haud ſcio: haud uelim: frequentius legimus q̃ non ſcio: & non uolo:
eam ſignificationem quam dedimus perinde. ubi proinde duas ſylla-
bas habere facit.
Promontorium: uide collis.
Propraetor non pro alio praeturam. ſed extraordinatam gerit. Ita qui
dicit̃ proqueſtor: & ſiqui ſunt alii huiuſmodi nominum magiſtratus
Propri tarius cuius eſt proprietas praedii.
Proqueſtor: uide propraetor.
Proſequor uide proſequor.
Proteruus. procax. & petulans. multū̃ ſimilitudinis habent. & q̄ſi alid̃
alio magis increſcit. tam in factis q̄ in dictis. Tria haec tam̃ quandam
laſciuiam libidinemq́ declarant tum iniuriam. Proternia leuior q̄d iꝫ
contumelia. procacitas maior. petulantia maxima. petulans pro libi-
dinoſo laſciuoq́ accipi notum eſt. ut petulanſq́ iuuenta. Et Ouidius
Quin etiam ut poſſem uerbis petulantius uti Non ſemel ebrietas ē
ſimulata mihi: deſt laſciuus ac licentius. Vergilius item ait haediq́ pe-
tulci. procaces quoq́ meretrices legimus.
Prouoco. uide laceſſo.

Q

Quadrimus uide anniculus.
Quam optime & ſimilia. uide ibi per poſitiui proprium eſt:
Quamuis uide & ſi.
Quandoquidem & Quādo idem ſignificant. Et ſignificāt
qm̄. Vergilius. quandoq̄dem auſonios nō fas cōtingere potius. Item
hic tibi ſabor enim quando haec te cura remordet. ideſt quoniam.
Quanq̄. uide & ſi.
Quanti. uide Tanti.
Quapropter uide ergo.
Quare. ibidem ſiue nanq́.
Quae pro quia interdū̃ accipitur. Ouidius in faſtis. Nihil aliud ueſtaꝫ
q̄ puram intellige flammam. Nataq́ de flamma corpora nulla uides
Similiter Cicero. Non ſolum nobis nati ſumus. Ortuſq́ noſtri parteꝫ
ſibi patria uendicat partem amici.
Quaeſtoris denominatiuum eſt a Quaeſtor.
Qui quae quod Relatiuū̃ frequenter non reſpondet antecedēti. neq́
in genere. neq́ in numero. utiq́ quum reflectitur eius ſentētia ab an-
tecedente ad ſequens ſubſtantiuum. de maſculino in neutrum. ut Sa-
luſtius. Eſt locus in carcere quod tullianum appellatur. qd̄ aliter dixit

Valerius maximus libro ſecundo: Antea ſenatus aſſiduam ſtationē eo loci peragebat: qui hodie ſenatulum appellatur. Et Plyni. in coitu uero lunæ quod interiuniū uocant quum apparere deſierit. De maſculino quoq; in fœmininum Mutato ēt numero: ut Cicero: Omnes tenues atq; humiles q̄ maxima in populo multitudo eſt ſibi præſidiū paratum putant: & plura huiuſmodi.

Quicquid & quodcūq; nō accipiunt̃ ꝓ eodē: cū alteꝝ ſit ſubſtantiuū ut quicqd feſtiuū: quicqd molle: quicqd tenerum: quicqd iocūditatis quicqd gaudii: quicqd pecuniaꝝ. Alterum adiectiuum: ut quodcūq; cœlū: quodcunq; ſcutum: quodcunq; iaculum. quiſqs uero & qcunq; pro eodem accipi ſolent.

Quid & aliqd ſubſtantiuum eſt. quod & aliquod adiectiuū. Dicim⁹ enim qd feci: nō autē quod feci. Aliquid feci nō aliquod feci: Idē qđ malum feci: nō aūt qd malum feci ſed quid mali. Et ſcio qd faciam ñ autem ſcio quod faciam. Video quid facis ſæpius q̄ uideo quod facis ita & cætera ab iis compoſita. quidam quoddam: nam quiddam adhe ret adiectiuo: quoddam ſubſtantiuo: ut mirabile quiddam: quiddam malus. At quoddam templum: quoddam nemus: quoddam antrum oppidam quoddam in quo nulli fere erant. Hic aūt multi ꝓ qcq; ponentes quodq;. Vt optimum quicq; honeſtiſſimum qcq;. Vbi nō liceret poni quodq;: ex his liquet exemplis optimum quodq; prædiū. Honeſtiſſimum quodq; conſilium. Nam ſubſtantiui natura eſt coniungi cum adiectiuo: Adiectiui uero cum ſubſtantiuo quaſi connubio quodam: ideo ubicūq; eſt ſubſtantiuum deſiderat adiectiuum qſi cōiugem impatiens alterius ſubſtantiui. Rurſus adiectiuum ſine ſub ſtantiuo tanq̄ ſine uiro eſſe non poteſt cum altero adiectiuo nihil con ſortii habens.

Quid ſolet uſurpari ꝓ in quo. Quint. quid tibi tm̄ mali feci: qd offēdi: & alibi. Si qd offendi. Cicero in lælio: qd. n. indigēs aphrican⁹ mei Eodem modo nihil ut nihil te offendi.

Quin ꝓ qn ēt: ſiue atq; ēt. Verg. qn aſpera iunō q̄ mare nūc terraſq; metu cœlumq; fatigat Conſilia in melius referet qn ꝓ ut nō: ſeu cur non ubi deſideratur utiq; ſubiunctiuū uerbum: idemq; nō principale: ut idem: hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti qn uatem in ſanā aſpicias: qn ꝓ cur nō ſemper interrogatiue: & p indicatiuū. idē: qn tu aliquid ſaltē potius quoꝝ idiget uſus. Viminib⁹ molliq; paras detexere iunco. Cicero itē pro Rabirio qn compeſcitis iſtam uocem indicem ſtultitiæ teſtem paucitatis. Quinti. In paupe amatore qn tu potius admittis iuuenis conſilii rationem.

Quippe licet ꝓ certe accipiatᷣ:q̃ mali accipe ꝓ cauſatiua : ut Quinti. Nam contra plures reperias & faciles in excogitãdo:& ad diſcendum promptos:quippe.i.homini naturale &c.
Quiſq; ſuplatiuũ aſciſcit:relinqtᷣ aũt ois uel Cunctus poſitiuo:ut optimus quiſq;.Sapiẽtiſſimus quiſq;:ꝓ eo qd ẽ Vnuſquiſq; q eſt bon⁹ ac ſapiẽs. Vel oẽs boni & oẽs ſapiẽtes: Non enim liceret dicere boni quiq; & ſapiẽtes quiq;.Nec oẽs optimi & cuncti ſapiẽtiſſimi.Non recte ergo Priſcian⁹ in ꝓhemio hium iudicio cõprobatᷣ eruditiſſimoꝝ. idem intelligo ſi ſuplatiuus in alio caſu ponatᷣ q̃ illud quiſq; ſic:maximo quiſq; aio diuitias deſpicit. Valẽtiſſimus qſq; corporis lõge abeſt a ſapiẽtia. At uero cõparatiuis nõ qſq; cõuenit:ſed ois. Vegetius tam̃ nõ perpolitus ſane ſcriptor inqt honeſtiores quiſq; milites ꝓ honeſtiſſimi quiq;:& Lactan.de opificio.Nam ſi ita eſſet:placidiora quæq; aialia uel nihil fellis oino uel minus haberẽt q̃ feræ.Maluiſſem ego dicere omnia placidiora aialia:ut Quint.in ægro redẽpto : Rus ſeruulos penates & oia utiliora ꝓperãti feſtinatione parẽtis addixi.Ex poſitiuis autem illa excipiuntᷣ q̃ carent ſuplatiuo:qualia ſunt q̃ habẽt i : uel u ante us:ut pius & ſtrenuus:q̃ nõ nunq̃ patiuntᷣ ſuplatiuũ.lõq; utrãq; rõnem ſequuntᷣ. Ois pius:& pius qſq;.Carẽt ẽt ſuplatiuo illa nũalia ſecũdus terti⁹ qrtus qnt⁹ & deinceps.Dicimus itaq; primo quoq; tpe:primo quoq; die.ſic ẽt tertio quoq; uerbo excitabatᷣ.Et qnto quoq; anno de morib⁹ iudicabatᷣ.Hæc & plura Lau. Tu tñ in lima leges quiſq; iungi & poſitiuo & comparatiuo & ſuplatiuo.
Quiſqs & qcũq; ꝓ eodem accipi ſolẽt:ut quiſquis es huc uenias.
Quiſq; in ntõ & qcquid tm̃modo dr̃:in actõ quicquid:in abltõ quoquo qqua quoqno. Sergius ãt ait utraq; parte declinari hoc ꝓnomen quiſquis:cuiuſcuius cuicui &c.
Quo pro ut reſolui ſolet:quale eſt.Non caſtigo te q; odio habeã: ſed meliorem efficiam. Vbi q; pro quia reſoluitur.
Quo magis:idem eſt quod quanto magis.
Quo minus:ideſt ut non.
Quo ſetius etiam pro ut non.
Quo mõ & queãdmodũ poſſumus eodẽ modo quo ſicut uſurpare.
Quod ſcribis gaudeo:& qd̃ ſcribas utroq; mõ dicitᷣ. Volo qd̃ ſcribas: nõ aũt q; ſcribis. Illius ſuperioris hæc ſimilia ſunt. Credo opinor puto lætor:uoluptatem capio & reliqua Huius poſterioris hæc. Mãdo:iubeo:impero.Exigo poſtulo &c.In illo tñ ſupiore cauẽdũ ẽ:ne diuerſorum modoꝝ uerba copulemus:qle foret illud Terẽtii qd̃ nõ nulli ſic legũt. An q; uiam ignorat an q; iram pferre nequeunt.Cui ſimile

illud aliud eſt apud eundē. Nihil eſt: nihil deſit tñ: cum ſit pōtius legē dum deſit nō deſit: ut bonis autoribus placet.

Quod autem: uide nam.

Quod uero: uide nam.

Quodcunq;: uide quicquid.

Quoq; prima longa ſic utimur: primo quoq; die qnto quoq; anno. Tertio quoq; uerbo &c.

Quotus frequenter ſignificat quot. ut Mart. Dic quotus es. q̄ti cupias cœnare: nec unū addideris uerbū: menſa parata tibi. i. quot eſtis: & quot tecum habes: Cicero ꝓ ligario: quotus. n. iſtud quiſq; feciſſet. i. nullus uel rarus.

Quot diebus. uel in ſingulos dies nihil intereſſe Pomponius ad Vlpianum ſcribit. Corrumpere eſt illud pomponi & Vlpiane linguam latinam non adiuuare: quis unq̄ dixit: quot diebus & potius quottidie quis etiam quot menſibus: & non ſingulis menſibus hæc & plura Lauren. Tu tamē in lima leges recte dici & latine quot dies quot mēſes & huiuſmodi.

RApere manifeſtam ſignificationem habet quum de aliis rebus loqmur quum uero de pſonis duobus modis accipit. Vno q ad res ptinet uelut apud Verg. qd faceret: quo ſe rapta bis cōiuge ferret. rapta dixit ꝓ ablata. Et alibi raptas ſine more ſabinas. Altero ꝓ eo qđ ē uim afferre. atq; uitiare uel ſi non aſportet. nec fœminā loco educat qđ ꝓprie de uirginibus q̄ uitiate ſūt dicit ut apud Senecā. q eandē legē nō eiſdē uerbis repetit. quodā loco ſic extulit. Rapta raptoris aut mortē aut indotatas nuptias optet. Alio loco ſic uitiata uitiatores aūt indotatas nuptias optet:

Raſiles calathi. quaſi raſi nihil extātis ac redūdātis plenitudinis. Ver. tamē Et torno raſile buxum quaſi raſibile dixit.

Rationem habeo. idem ē qđ reſpectū habeo. ſed tantūmodo i bonū ut habenda ē ratio ſalutis. ratio honoris: rō rei familiaris nō aūt infirmitatis turpitudinis incōmodoꝝ. Cicero inuſitatiꝰ inqt ad Mariū. pudori tñ malui cedere. q̄ ſalutis meæ rōnem ducere. Et in ſcundo officioꝝ ſiue rō cōſtantiæ uirtutiſq; ducit. aut hæc ars etiā aut nulla oino p quā eā aſſeqmur. Et hoc fit cū gtō: Cum abltō aūt ꝑpoſita præpoſitione qñ hēt aliā ſignificationem. ut Cicero in Catone maiore. Rationem habet cū terra. q̄ nunq̄ recuſat imperiū. ideſt negociū & hēt cum terra cōmerciū. Idem ad atticū. Cum oibꝰ muſis rōnem habere cogito. Rationem cōſtare ē æquā legitimāq; rationem. aut oſtendit. aut appellare oſtendi poſſe. Plynius iunior. Mihi & tentandi aliqd &

quieſcẽdi illo autore ratio cõſtabit. Vulpian⁹. piane ſi defendẽdi gr̃a aliquid fecerit rationem ei conſtare oportet. i. rationem eum iuſtam aut oſtendere. aut facile poſſe oſtendere.
Recaluaſter. uide antoniaſter.
Reduco. uide deduco.
Refercio. uide impleo.
Refero tibi acceptũ dicimus. ꝑ eo q̃d eſt fateor me hoc abs te acce-piſſe neq̨ id modo in bonã partem. uerũ ẽt in malam. ut ꝑ Deiota-ro. Cicero. Vitam acceptam refert clæmentiæ tuæ.
Retulit aũt Pompeius ad ſenatũ. i. cõſuluit. In eadem tñ ſñia Põpe-ius ad populũ tulit. Ex illo fit Senatuſcõſultũ. ex hoc rogatis. q̃ inſtar eſt legis. Rettuli expẽſum. i. rõnes de impenſis cõfeci. uel exhibui.
Referre gratias. uide agere gratias.
Refert. uide mea. Item magni & tanti.
Refigo q̃d fixũ erat educo. ut Retego q̃d tectum erat denudo. Rete-xo q̃d erat textũ. reddo nõ textũ. & quaſi infectũ q̃d erat factũ. Re-cludo q̃d clauſum erat apio. Reuelo uelamentũ tollo. reſigno q̃d erat ſignatum. obſignatũue relaxo & patefacio. Et multa huiuſmodi alia ſunt. multa non ſunt. ut repeto repoſco renouo repreſento. reuello. remoueo. remaneo.
Rhegyni ex oppido calabriæ. Regienſes ex oppido galliæ ciſalpinæ. quoꝝ oppidoꝝ utꝛq̨ uocaẽ rhegiũ. Albani ex oppido alba in latio. Albenſes ex oppido alba ad lacum facinum. qa quibuſdã albani di-cuuẽ. Cumani ex oppido cumarum in campania. Comenſes ex op-pido como in gallia ciſalpina. quã lombardiã nũc noĩant. In qua ipſa gallia & finitimũ Como eſt Bergomũ. unde Bergomẽſes. Pergamũ e qua pergameni in Aſia a qua urbe qa ob penuriã chartæ ab Attha-lo rege miſſa ẽ mẽbranaꝝ copia. Mẽbranæ pgamenæ ſunt nomina-tæ. Thebani a thebis in græcia Thebæi a thebis in ægypto.
Remigrare. uide migrare.
Repetũdaꝝ. & de pecuniis repetundinis. nõ hẽt alios caſus. & dubita-ri põt participiũ ne ſit. ſiue nomẽ. an gerũdiũ. Verres accuſat⁹ ẽ repe-tũdaꝝ uel de repetũdis pecuniis. Cum dico repetundaꝝ ſubintelligo pecuniaꝝ. Quo noie pecuniæ. & oia qbus diuitiæ cõſtant cõtineri di-cimus. hæc accuſatio ꝑprie cadit i eos. q cũ forẽt magiſtrat⁹ ꝑuincia-libus aut ui aut dolo eripuerũt pecunias. aut uaſa ꝑtioſa. ueſtẽ frumẽ-tũ nauigia. nũmos. Mutaẽ ãt e i u. Repetũdaꝝ. n. erat dicẽdũ. Sed ter-tia cõiugatio ꝑter cæteras hoc iuris hẽt. ut litterã hanc imutare poſſit uel ob hoc ſaltem repetundaꝝ diciẽ ut differat ab illo q̃d diciẽ ad res.

repetendas:quo ſignificaẽ principi aut populo erepta eſſe uel pecorũ uel hominum uel locoꝝ ac terraꝝ agrorũq́ corpora.
Reperire uide excogitare.
Repoſitoriũ ubi reponitur quid.
Reſipiſco:uide deſipio.
Reſciſcere ꝓprie eſt rem poſtq̃ geſta ẽ ſcire:quã neſciebas:cum gereres:præſertim ad te tuoſue pertinentem.
Rhetor:uide declamator.
Ridiculus homo:ridicula res:ridiculum caput:ideſt deridendum.Eſt ſæpe ẽt neutꝝ:ſignificatq́ pleruncq́ ſermonem riſus potius q̃ deriſus excitantem.
Rixam inter & turbã teſtimonio Vulpiani rectiſſime labeo ait multũ intereſſe.Nãq́ turbã multitudinis hoium eẽ ꝑturbationẽ:& coetum. Rixam ẽt duoꝝ.Ego tñ aſſero turbã inter duos eẽ & inter multos quẽadmodũ rixam non ſemp inter duos:ut apud Liuium Concurſu hominum rixa ꝓpe ꝑlium fuit.& longe poſt.Cũ conuerſus in patres impetus eẽt conſulũ intercurſu rixa ſedata eſt.
Roſaceus ex materia roſæ.
Roſarium magis copiam fruticum uno loco roſas gignentium:q̃ ipſum locum ubi ſunt ii frutices ſignificat. Quem locum ne roſetum quidem appellare poſſis:cum idem ſignificet quod roſarium:niſi ꝑ contentum ſignificeẽ continens.
Rubicundus uere rubens:ergo idem erit rubicundus & rubens:
Rumor:uide limam.
Rurſus contrario.Cicero officiorum tertio:neq́ me doloribus dedi: quibꝰ eſſem confectus:niſi reſtitiſſem.Nec rurſus indignis homine docto uoluptatibus.

SAcer ſacra ſacrũ facit diminutiuũ ſacellus ſacella ſacellum.
Vnde hoc ſacellum pro templo modico.
Sacrarium repoſitorium ſacrorum.
Sagarius uenditor ſagorum.
Salio unde ſaltus pro eo quod eſt ſaltum facio. Salto tripudio unde ſaltatio.Interdum ſalio pro ſalto. Virgi.lib.ii.georgi.Mollibus i pratis unctos ſaliere per utres.
Saltus ẽ quales ceruoꝝ leporũq́.Saltatio uero illa hoiuꝫ lactatio quã uulgo tripudiũ uocãt.Et licet ſalio ꝓ ſalto accipiẽ.Non tamẽ ſaltus ꝓ ſaltatio ſaltatus ue:qui eiuſdẽ ſignificatiõis ẽ.Liuius.Fere ac ꝑ urbem ire cum tripudiis:ſolenniq́ ſaltu iuſſit.
Saltus ſylua inuia:uide lucus,

Saltuarius cuſtos ſaltus.
Saltuoſus potius q̃ ſaltoſus dicit: quæ enim quartæ ſunt declinatiõis aſſumunt u. ut uultuoſus fructuoſus.
Saluber ſiue qđ uſitatius ẽ ſalubris dicit aer cibus potus locus: multaque huiuſmodi: idẽ fere ꝗ ſalutifer ſiue ſalutaris. Sanus hõ dicit: cæteraq; aialia. Res ſalubris p̃bet ſanitatem: hõ uero recipit: põt p̃bere tũc que ſaluber quaſi ſalutifer dici. Sed in utroq; ẽt aliq̃ reperit exceptio. Siqdem ſanum aerem: ſanũ cibũ ſanũ: locũ uocamus: quaſi ſalubrẽ & præbentem ſanitatem. Cõtraq; ſalubris pro ſano. Saluſtius. Genus hominum ſalubri corpore uelox.
Salue: uide Vale.
Salutare: uide Vale.
Sane tum affirmatiue ſumit: ut ita ſane: ſane uero. Tũ p ualde ut homo ſane nobilis. Interdũ cum ſuplatiuo: ut Suetonius de uita cæſaris Bellum ſane difficillimum geſſit: tum permiſſiue quotiens aliquid aduerſario tribuimus: ut ſit ſane ut ais: ut Quintilianus. Tulerit ſane filius noſter: merito pœnas dederit ſpiritum ſupplicio: nihil de præteritis loquamur quaſi eſto: ita ſi ut uis.
Sane q̃ pro ualde uel perq̃. Aulus Gel. Sane q̃ utile. Seruius ſulpiti⁹ ad Ciceronẽ. Poſtea q̃ mihi renũtiatum ẽ de obitu filiæ tuæ: ſane q̃ p eo ac debui grauiter moleſteq; tuli. Et ad eũdem cælius. Sane q̃ litteris cæſaris ſumus commoti.
Sanus: uide ſaluber.
Sarcina: uide aceruus.
Sarmentum: uide maleolus.
Satiare ad oẽs ſenſus attinet: ſaturare ad unũ guſtũ. Nam figurate locutus eſt Cicero. Iracũdiam meam ſaturas tuo ſanguine: quaſi ſitim meam ſaturas: ſatiare frequenter ad animum transfertur.
Saxatilis incola ſaxorum.
Sectio crebrius reperit q̃ ſecatio.
Sectile porrum legimus nõ tam ſectibile: qd enim nõ ẽ ſectibile: quã ſectũ: & ſua ſponte conciſum. Nam cõciſum & ſectũ intorſum uidet.
Securicula parua ſecuris.
Secundum nõ nunq̃ pro iuxta & poſt. Verg. Dulcibus illa qdẽ illecebris aut plena ſecundũ flumina. Sulpitius. M. Marcellum poſt cœnæ tp̃s a mag o cillone familiari eius pugione percuſſum eſſe: & duo uulnera accepiſſe. Vnum in ſtomacho alterũ in capite ſecundũ aurem hic iuxta ſignificat. Item qđ ab altero ſecundum ẽ. i. iuxta ẽ atq; poſt. Ideo ſecundũ pro poſt accipit: quaſi ſcđo loco. Liui⁹ lib. ix. Hetruſci

belli fama exorta eſt: nec erat ea tempeſtate gens alia. Cuius ſecundũ gallicos tumultus arma terribiliora eẽnt. ſecũdũ accipit̃ etiã ꝑ eo qđ eſt pro ut ſecundũ te litem do. ſecundum me iudica. i. pro me. Et pro in ut ſecundũ quietẽ. i. in quiete ſomni ſecũdum aũt Platonẽ: ſecundum pythagoram ſenſus hic notiſſimus eſt.

Secus ꝓxime ad uim cõparatiui accedit: nã ut dicimus multo magis ita multo ſecus. Cicero: Multo ſecus euenit multo aliter.

Sedere de hoĩbus aliter dicit̃: aliter de auibus. Nam cætera non ſedẽt niſi ſimia & aliqđ ſimile. Ipſum uero ſedere auiũ eſt In loco altiore eẽ ut paſſer ſedet in tecto: hirũdo ſedet i ꝑtica. Cornix ſedet i arbore. Deniq; eodẽ mõ dicit̃ auis ſedere ſuꝑ rem q̃piam: ut hõ ſuꝑ equũ nõ dicit̃ ſtare aut manere ſed ſedere. Sidere aũt a ſedere multũ diſtat eſt. n. ſidere deorſum deſcẽdere. Vergi. Sedibus optatis gemina ſuꝑ arbore ſidũt. i. ab alto dimittunt̃: unde Deſido. Subſido: ut idẽ ſubſidere ualles: & itẽ ſubſedit dubius. Nã ut ego ſentio a ſedeo ꝑteritũ mutuat̃. Inde inſido quoq; inſedi: & reſido reſedi. Aſſido aſſedi. ſiqdem aſſidere eſt apud aliquem: ut ægrotum ut regem ſedere.

Seditio: uide factio.

Sedicula a ſedes diminutiuum.

Seges: uide fruges.

Semel: uide ad ſummam.

Cementis: uide Meſſis.

Seminarium non locus: ſed ſemen ipſnm. i. plantulæ.

Senatorius denominatiuum eſt a ſenator.

Senator qui ſenator eſt: aut qui fuit.

Senes. uide antiqui.

Senecta eſt ſenilis ætas. Iuuẽta aũt iuuenilis: & ut qbuſdã placet dea ipſa melioris ætatis & iuuentutis. At ſenectus idem qđ ſenecta. Iuuentus uero ẽt frequẽtia iuuenum: non ſolum ætas.

Senium quoq; pro ſenectute accipitur.

Senior potius ꝑ ualde ſenex: q̃ tm̃ ſenex. Quint. de Iſocrate: eoq; iam ſeniore octauum. n. & nonageſimũ compleuit annum: ꝑcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouidius de triſtibus. Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim imperium regat hoc cũ ſeniore ſenex. Hæc Lau. Tu uero latius in lima leges.

Senticetum dicimus non ſenectum: cum dicamus dumetum ſpinetum uepretum & ſimilia.

Series: uide ordo.

Sero tria ſignificat: una & uera ſignificatio eſt pro ueſpere: quod eſt

poſt occaſum. Altera q̃ hinc naſcit̃:quæ ẽ poſt tẽpus. Quod.n.poſt ſolis lucem ẽ:id uere põt poſt tempus dici. Tertia ſignificatio eſt ꝑ tarde:ut apud Senecam in tragœdiis:ſero nos illa referat ſenectus: nemo ad id ſero uenit.

Serotinus tam a primo ſignificato:ut qbuſdã placet:uenit:q dicũt horã ſerotinã.tum a poſterioribus. Appellamus.n.ut præcoces uuas.ꝑcocia poma:q̃ ante legitimũ cõſuetũq; tempus ſiue cito matureſcũt. Ita ſerotinas uuas:ſerotina poma:quæ poſt tempus legitimũ cõſuetumq; cæteris pomis uel tarde matureſcunt.

Seruitiũ aut ſeruitus ipſa:aut ſeruitutis actio eſt:ut Dauus apud Terẽtium.Ego pãphile hoc tibi ꝑ ſeruitio debeo conari manibus & pedibus noctesq; & dies capitis piculum adire dum proſim tibi. Seruitia aũt in numero plurali ꝑ ſeruis.Saluſtius.Interea ſeruitia repudiarat: quoꝝ in initio ad eum magaeq; copiæ cõcurrerant &c.

Seruitia quoꝗ apud Saluſtiũ legit Laurentius:ſed locus fortaſſe apd Laurẽtium corruptus ẽ.Cũ Priſcianus lib.xvii.ita ſcribat Cõſtruunt igit̃ diuerſi numeri:ut Verg.pars in fruſtra ſecãt:uerubuſq; tremẽtia figunt:ad ſenſum.n.qa pars troianoꝝ plures in hoc loco intelligunt plurale reddidit uerbũ ſecant:& Saluſtius i catil.Interea ſeruitia repudiabat.Cuius ad eum magnæ copiæ cõcurrebãt.Cuius.n.ſingulare ad rem rettulit.i.cuius rei ſeruitioꝝ &c.

Seſſiles lactucæ q̃ſi ſedentes:qd̃ licet a participio nõ ueniat tñ eiuſdẽ naturæ ẽ:cum in ſignificatione cõſentiat:& a ſupino naſcat̃.

Seſſio nec actionẽ mõ:ſed rem ẽt ac corpus ſignificare ſolet. Tullius de oratore.tot locis ſeſſiones gymnaſioꝝ.i.tot ſedilia.

Si omiſſa in oratione ſupintelligi debet.Ouidius de remedio.Gnoſia feciſſes inopem ſapienter amaſſes.i.ſi feciſſet inopem. Horatius. Decies centena dediſſes.i.ſi dediſſes.Plyniꝰ iunior. Dediſſes huic animo par corpus:feciſſet quod optabat.i.ſi dediſſes.Illud magis poeticum:ut Verg.tu quoq; magnam partem opere in tanto ſineret dolor icare hẽres.i.ſi ſineret.Iuuenalis. Græculus eſuriens in cœlũ iuſſeris ibit.i. iuſſeris.

Sidera: uide ſtella.

Siliquaſtrum dicitur q; ſylueſtrum ſiliquam imitatur.

Syl ua:uide lucus.

Simul geminatũ nõ memini me reperiſſe apud Ciceronẽ apud poſteriores ſæpe.Quinti.Simul & pleniore obſequio demererer amatiſſimos mei ſimul ne uulgatẽ uiã ingreſſu alienis demum ueſtigiis iſiſterem.Verg.Obſtupuit ſimul ipſe:ſimul percullus achates. Et iterum

Accelerat ſimul æneas: ſimul agmina troum: Cice. & tñ raro pro ſimul dixit una in Verrē actiōe ſecūda. Una & id qđ facio ꝑbabit una & hac cā ꝑfecto neminē præponendū mihi eſſe exiſtimabit ſimul nō gemitum & pariter apud. Quint. Sæpe ut hō fortis ſimul & ſapiens. Vel homo fortis pariter & ſapiens. Caro cū & geminata ut Horatius Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ. Cicero pro Roſcio: perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul & amicitiam diſſoluere⁹ & fallere eum qui leſus non eſſet. niſi crediđiſſet.

Synceꝝ donatus inquit: qua ſi ſine cæra mel ſimplex. puꝝ & ſine fuco immo cum cæra potius. ſincerum a ſin componiť nō a ſine q̄ nūq̄ compoſitionē admittit quod ipſa etiam ſcriptio declarat. quæ. y. habet non i. Eſt. n. ex duobus græcis ex ſyn & cæra quæ ab illi: dicitur Ciros: licet autem dicere Syncerum quaſi cum cera mel quod integrū eſt & ſolidum & nulla ſui parte fraudatum.

Singulariſſim⁹ nō reperiť: ſicut nec Unicus hēt unicior & uniſſim⁹.

Sin minus. i. ſi non.

Sin pro ſi nūq̄ in pria pte collocať: ſed i ſecūda: ubi fere duoꝝ ē oppoſitio: atq̄ hoc ſiue uocali ſeqnēte ſiue cōſonāte. Teren. Si illum relinquo eius uitæ timeo: Sin opitulor huius minas. nō nūq̄ Sin unū reperitur ſed qđ ſecūdi loci uicē opineat ut Saluſt. impat ut ꝑtio ſicuti multa cōfecerat inſidiatores maſiniſſe paret ac maxime occulte. Sin id parum ꝑcedat quouis mō Numidā interficiat. i. ſi nō pōt occulte: ſi nō poteſt utcūq̄. Quorūdā tñ uſus eſt: ut dicant ſinaūt ꝑ eo quod eſt ſi non quaſi in ſin aut in autem ſit negatio. Ut in euangelio ſi ibi fuerit filius pacis requieſcet ſuper illum pax ueſtra: ſinaūt ad uos reuertitur. Ego uero dicerem ſin minus uel ſin aliter.

Sinus: uide gremium.

Siquidem ex ſi: & quidem compoſitū uidetur ſed nec primā ſyllabam longam habet cum ſi longa ſit: nec ſignificationem alicuius harū unde componi dicitur. Eſt enim ſiquidem idem quod Nam: ut apud Quintilianum. Atque natura ipſa uidetur ad tolerandos facilius labores muſicam uelut muneri nobis dediſſe. Siquidem & remigē can tus hortatur. Nonnulli non internoſcunt quando ſiquidem eſt una dictio: quando duplex: quod internoſcere facile eſt. Quintil. lib. iiii. Quare illud ſtultiſſime precipitur. quod defendi non poteſt ſilentio diſſimulandū. Siqdē eſt id de quo iudex ꝑnunciaturus eſt. at ſi extra cām ſit adductum &c. Cicero ꝑ flacco O morē ꝑclarum diſciplināq̄ quā a maioribus accepim⁹. Siqdē teneremus. Sed neſcio quo pacto iam ne manibus elabiť. In hoc tñ ſignificato apđ Ouidiū repiť libro

quarto faſtoꝝ prima ſyllaba breui tanq̄ ſit dictio compoſita. Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus: ſtatq; ſemel iuncti rũpere uincla tori. Hoc quoq; tentemus: ſiquidem ieiuna remanſit: ſi minus inferni coniugis uxor erit: idem libro tertio ſine titulo. Quæ mihi uentura eſt: ſiquidem uentura ſenectus. Cum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. In altero ſignificato. i. namq; apud Lucanum lib. iiii. hoc ſiquidem ſolo ciuilis crimine belli. Dux cauſa melioris eas.

Siſto a ſto diſtat: ut ſiſte gradũ: ſiſte fugã ſiſte lachrimas. i. fac ſtare gradum: ſtare fugã ſtare lachrymas. Ambo tñ ſtatũ ſupinũ habẽt. Vnde ſit ſtator: qđ magis a ſiſto q̃ a ſto deſcendit. ob idq; iuppiter ſtator uocatus eſt: quia romulum orantem ut fugam ſuoꝝ ſiſteret audiuit ſiſtere etiam dicimus ꝑ repreſentare. & preſentiam corporis exhibere. Dictum ab eo: quod non tantũ comparere quis debet. niſi & mãſerit Cicero ad Atticum. Des operam id quod mihi affirmaſti. ut te ante calendas ianuaris ubicũq; erimus ſiſtas. Ex hinc ſtator nuntius tabellariuſue conſulis. Verg. & patrio te limine ſiſtam.

Situs ſordes illa & illuuies. qualis intra opaca dom⁹. q̃ diu nõ repurgatur. ut inquit. M. Fabius Excitanda mens & a tollenda ſemper eſt: quæ in hmõi ſecretis aut langueſcit. & quendam uelut in opaco ſitũ ducit hmõi igiť qdam ſitus ſedet in uultu capite totoq; corpore uetuſtarum. & habitu præſertim inopum. qualem in illã Vergi. intellexit ſed te uincta ſitu ueriq; effœta ſenectus. Et de malefica anu ait lucanus Fœda ſitu macies. quod etiã pedorẽ poſſumus appellare. ut idem Lucanus lõguſq; in carcere pedor. Et Cicero in Tuſc. pedores mulie bres. Et iterum barba pedore horrida. Seruius hoc uocabulum proprie diffinit inquiens ſitus ꝑprie eſt lanugo quædam ex humore procreata. fit autem in locis carentibus ſole ſitus uero pro loci qualitate manifeſtum eſt. ut de ſitu Meſſanæ. & de ſitu ſyracuſarum.

Socius: uide Comes.

Sodalis: uide comes.

Salamon: uide Coſolatio.

Solatium: uide Conſolatio.

Solicito te. uel ꝙ ſpem metumue tibi oſtendo. ut ſollicitare plæmeꝫ. Vel inquieto & tibi curam initio.

Solutilis nauis quaſi ſolubilis. quæ facile ſolui põteſt. Qualis nauis i qua agrippina a Nerone filio per iſidias poſita naufragium fecit. Ego uero malim ſolutilem dicere ſolutam. & non fideliter conſutam.

Solus & unus omnium & ex omnibus uel inter oẽs dicitur More ſuperlatiuorum uerum. Vnus pro ſolus accipio. deoq; fere cũ illo adie-

ctiuo omnis tantũmodo coniungitur. Nam Vnus ex fortib⁹. Vnus ex populo alterius ſignificationis eſt.
Soluendo non ſum nunq̃ patiẽ ſecũ ſubſtantiuũ: ideo dubitari poteſt an datiuus ſit an ablatiuus. ſignificat autem ſatiſfacere pro eo quo obligatus ſum ſiue pecunia ſiue remuneratione. ut Quinti. Placeamus licet nobis fortuna noſtra pater pauperi ſoluendo non ſumus.
Sonatio a ſonitum: non ſono dicitur.
A ſonus compoſita q̃dã ſunt ſcdæ ſp declinationis: q̃dã tertiæ: ſcdæ ſemiſonus. Inſonnẽ & exomnẽ draconẽ ſæpe legim⁹: & fere hãc differentiam ſeruatam inuenim⁹. Seneca autem de breuitate uitæ ait: quã multi extrema crapula ſemiſõnes & graues.
Sororcula diminutiuum a ſoror.
Sua: uide Cuis item mea.
Sui: uide mei.
Subinde accipiẽ pro inde. uel deinde. ſtatim etiam prò identidem ſiue frequenter cũ quodam interuallo: ut ſi iter faciens crebro ad comitem reſpiciam a me ſequi poſſet: dicam ſubinde reſpicio. Cicero autẽ diceret identidem nam ſubinde uti non ſolet.
Suburbanum. uide Vicus.
Sulphuria ubi ſulphur coquiẽ.
Superlatiuus: uide comparatiuo.
Super ut ſupra licet in eodẽ loco ſedere poſſint: tamen in hoc plerũq; differunt: q̃d illud contiguũ eſt: hoc interiecto ſpatio: ut ſedeò ſup lapidem: magiſq̃ ſupra lapidem. Rurſus aq̃la uolat uel nubes pẽdẽt ſupra nos magiſq̃ ſup nos. Nõ tamẽ ſic ſp ut apd̃ Quint. Nec ulla eſt ſupra terras adeo rabioſa bælua cui nõ imago ſua ſancta ſit. Et apd̃ Liuium: ubi circa muros ſupra ſubter terram per dies. xv. pugnatum.
Suppetias: uide limam.
Supplicare: uide Adorare.
Supplodere: uide Complodere.
Surdaſter uide Antoniaſter.
Sutilis balteus: ſutilis cymba: q; conſuta eſt.
Sutrina taberna uel officina in qua calcei & fiunt & uenduntur.
Scala a quibuſdã in ſingulari uſurpaẽ. ſaluſt. cũ aliis quibuſdã oſtẽdit pluralẽ tm̃ habere cum dixit in iug. Deinde ubi unæ atq; alteræ ſcalæ cõminutæ ſunt: q̃ ſupſtiterãt: afflicti ſunt. Non dixit una atq; altera.
Scaturio magis pro ſuo primitiuo ſcatet poniẽ: quod eſt nõ ſolũ aq̃rũ ſed herbaꝝ: cæterorũq; ſua ſponte ubertim naſcentiũ.
Sciens feci: & prudẽs feci. Itẽ inſciẽ & imprudẽs atq; ignorans feci hoc eſt quod cũ facerẽ aliq̃d ſciui me facere. Illud ãt ignoraui. at ſciẽter fe-

ciidem eſt:quod cum ſcientia ac doctrina feci.
Scilicet & uidelicet uidenť ſignificare id qđ certe ſed uſum ſuũ hñt & pcipuũ p amaritudinē q̄dam cũ deriſu pmixtam. ut apđ Ver.ſ.is ſuperis labor ē.& apđ Ter.Id populus curat.ſ.& apđ Quint. hoc uidelicet expectaſti.&c.Non nũq̄ ſine ac acerbitate & interrogatione. idē alibi.ſed eſt uidelicet ultima q̄dam calamitatum rabies &c.Non nũq̄ poſt relatiuũ ſic ſolet poni quidem Non nunq̄ & ante uel ſine relotiuo hæc & plura lau.tu uero latius in lima uidero.
Scitus qui ſciens eſt.& argutus. Vnde ſcitæ Platonis interrogationes dicunť aſtutæ & uafræ:ac magna cum artæ compoſitæ. Ad apud Teren.quoq; ſcitũ hominem hic prorſus ex ſtultis inſanos facit:niſi uolumus accipere paſſiue:ut apud eundem.ſcitus puer natus:e pamphilo eſt:quaſi ſcite & docte natus.
Sculptile ſimulachrum quod ſculptum eſt.
Scurra:uide paraſitu.
Spectaculum:uide Pompa.
Spectat:uide Ad me ſpectat.
Spero pro credo uſitatum eſt.
Spero tibi eſſe bonus amicus:Credo fuiſſe tibi fidelis ,pprie dicić,p accuſatiuũ uero nõn niſi alteꝝ accuſatiuum addas:qui antecedat infinitiuũ.Nam hic ſequitur hoc modo.ſpero me tibi eſſe bonũ amicũ Credo me tibi fuiſſe fidelem.Quædam uerba cũ nominatiuo iũgi recuſant.Immo plæraq;:Nam ut recte dico: Incipe mihi eſſe familiaris: & noli eſſe illi intimus:ita inuſitate dicam:præcipe illi eſſe mihi familiaris:Ne libeat tibi eſſe intimus.hoc tamē genus loquēdi nõ nũq̄ reperimus:ut apđ Lucanum libro decimo.tutumq; putauit iã bon⁹ eſſe ſocer. Alius dixiſſet.Iam ſoceꝝ eſſe bonũ. Et apud Ouidium de põto. Ecquis in extremo poſitus iacet orbe tuoꝝ. Me tamē excepto:q pcor eſſe tu⁹.Dicere potuiſſet ſed non tam uenuſte:quem precor eſſe tuũ. Teren.in andria: Quæ ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias:potiuſq in patria paup uiuerē.hæc & plura lau.tu uero aliter i lima cernes
Sponte:uide ultro.
Stare eſt non ire:in his dũtaxat:q cunt ſine pedib⁹ :aut q̄ erecta non ſũt.ut nauis ſtat.flumen ſtat.currus ſtat.ſol ſtat. Vnde ſolſtitiũ & iuſtitium qa ius ſtat:forumq; ē clauſũ. Anguis ēt & piſcis & laceit⁹ & auis in aere ſtat.Quædã e diuerſo q̄ recta ſunt dñr ſtare:q̄diu non cadunt ſed hæc fere ſunt inanimata:ut arbor ſtat..ſimulachꝝ ſtat:dom⁹ſtat. colũna ſtat.Quædã uero dicunť ſtare ſi nec eãt & erecta ſint ut homo equus uolucris ſtat:nanq; homo cum ſedet:& equum quum recum-

bit:& auis cum cubat non ſtant:nec tamen eunt.
Stator: uide ſiſto.
Stella & Sidus differũt:ſi Macrobio credimus ita ſcribenti. Nũc uideamus q̃ ſint duo hæc noia:quorũ pariter meminit:quũ dicit. Quæ ſidera & ſtellas uocatis:neq.n. res una gemina appellatione monſtrat. ut.enſis gladius. Sed ſunt ſtelle q̃dẽ ſingulares:& erraticæ qnq:& cæteræ q̃ non admixtæ aliis ſolæ ferunt. Sidera uero q̃ in aliqd ſignum ſtellarũ pluriũ compoſitæ formantur:ut aries:taurus. andromeda.perſeus.uel corona:& q̃cunq uariarũ genera formarũ in cælum recepta creduntur. Sed & apud græcos Aſter & Aſtron diuerſa ſignificãt. Eſt Aſter ſtella una: Aſtrũ ſignũ ſtellis coactũ:nos ſidus uocamus. Hæc differentia Macrobii pace nuſq̃ reperit:ut apud eũdem Ciceronẽ de uniuerſitate. Itaq neſciunt hos ſiderũ errores:& iterũ. Toto igit orbe conſtituto ſideribus parẽ numerũ diſtribuit animorũ:& ſingulos adiunxit ad ſingula. Quod nõ ſenſiſſe Ciceronẽ ut Macrobius uult:documento eſt q̃d nõ præpoſuit ſtellas:debet.n.ſpecies generi pars toti ꝓponi.ut dicã de prudentia & uirtute huius. Dicam de facie helenæ eiuſq pulchritudine:non autem e diuerſo.fateor tamẽ nunq̃ ſtellam dici arietem taurum.andromedam perſeum.ſed ſidus.
Stipendiarius:qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt ut Tributarius q ſoluendo tributo.
Stolidus:uide fatuus.
Stultus:uide fatuus.
Stuprum:uide adulterium.
Strages:uide Aceruus.
Stramentitius ex materia ſtraminis.
Strepitus:uide fremitus.
Stridor:uide fremitus.
Structilis baſis:ſtructiles colũnæ:q̃ ñ ſũt ex uno lapide:ſed ex multis.
Strues:uide Aceruus.

T

Taberna:uide officina.
Tabularium locus ubi tabulæ.i.inſtrã & litteræ reponunt
Tacitus homo taciturnus: Vergilius tamen poſuit paſſiue:
Quis te magne cato tacitum:aut te coſſe relinquat.
Tã te fortior ſũ q̃ nobilior. Et tã oiu3 fortiſſim9 q̃ nobiliſſim9 dr recte
Tam & ſi:uide & ſi.
Tamen.hoc loco nõ omittam9.ubi eſt. Quãuis licet. Et ſi. Q ãquã ſi miliaq.& tñ. Vñ incipienda ſit cõſtrui oro. Vtrinq phiberis. Sed ni mirum a uerbo cui adhærebat tñ.ipſo tamen excuſſo. quod iccirco

in ligatura & quaſi iūnctura orationis inſertum eſt: quia oratio unde non debuerat incæperat. Vt & ſi uereor iudices &c. Quod ſi pricipali uerbo cœpiſſet: ſuperuacuum fuiſſet inſerere tamen. Tunc igitur cū recte inchoatur: illam dictionem ut ſuperuacuam: quaſi functā officio ſuo debemus abiicere.

Tandē Seruius ait poni nō neceſſitatis. ſed ornat⁹ cā. ut in illo Vergiliano. Sed uos q tandē qbus aduenistis ab oris. Idē ſentit Priſ. dicens: Tandē nō ſolū pro aduerbio tēporali: ſed ēt ꝑ coniunctione expletiua inuehit. ut Cicero inuectiuaꝝ li. i. Quouſqꝫ tandē abutere Catilina patientia nr̄a. Mihi quidē nullū ornamentū uꝛ eſſe in ſupuacuis: & nihil agentib⁹ uerbis. Sed hēt tandē potius urgens quiddā & accelerās. eoqꝫ fere p iterrogationē: q̄ exēpla uulgo ſūt plurima ut illud ipſum Ciceronis. Quouſqꝫ tandē &c. Sine interrogatiōe qd ſignificet: nemo ignorat: ut Verg. Iā tandē italiæ fugiētis prēdim⁹ oras. Eiuſdē ſignificatiōis ſūt Demū & deniqꝫ. ut idē Vergi. tūc demum optata germinaqꝫ ſub arbore ſidūt. Cice. Quū exceſſiſſet e uita: tū deniqꝫ uiueret. Sed plerūqꝫ quū ſūt multa enumerata: tū ſubiūgim⁹ deniqꝫ ſignificantes hoc ultimū eē oium. Verg. O crudelis alexi nihil mea carmina curas. Nil nr̄i miſerere: mori me deniqꝫ cogis. Cice. Quū ſibi non multitudinē militū: nō idoneos impatores: nō pecuniā ſibi pſto eē uideret nō deniqꝫ ullā rē: q̄ ptineat ad bellū adminiſtrandū. Demū ſolet accipi pro ſolū: ſiue oio: pcipueqꝫ cū is: & cū ita iunctū Cice. in Salustiū: Ea demū magna uoluptas ē criſpe ſaluſti æqualem ac parē uerbis uitā agere. Quīut. Ita demū mihi ſatiſfacies ſi apud patrē fuiſti. Iō aūt dixi ſolū ſiue oio: qꝫ Plynius uideꝛ accipe ꝑ oio de hirundine dicens. Ea demū ſola auiū nō niſi uolatu depaſcitꝛ. Ouidi⁹ ꝑ Demū poſuit deniqꝫ. li. iii. ſine titulo. Siq metu dēpto caſta ē: ea deniqꝫ caſta ē.

Tantum & tanto cum gradibus: uide multum.

Tantiſper: uide donec.

Tanti & quāti cōpoſitaqꝫ ab eis. Toridē. quātilibet: & q̄ticūqꝫ totidēqꝫ cōpatiua pluris & mioris. Præterea nulla alia nec cōpatiua nec noia: nec dictiōes queūt in gtō caſu adiūgi his uerbis. Emo. uænundo. uæneo. Mercor. Cōparo. Aeſtimo. Taxo. liceor. Addico. Diſtraho. Metior ꝑ æſtimo. Cōſtat. cōduco. loco. fœneror. paciſcor. pāgo pepigi. Cōdemno. poſtulo. & ſiqua ſūt alia ſimliis hoꝝ ſignificationis. Neqꝫ enim audiuimus dici unq̄ uēdidit hic patriā auri: ſed p ablatiuū auro Ver. uēdidit hic auro patriā. Valeri⁹ max. li. v. Magno ubiqꝫ ptio uirtus æſtimaꝛ. Plautus i Epidico. Quāti eā emit. uili. Ho. quāti emptæ. puo. Nec dicim⁹ emi equū uillioris, carioris ue q̄ tu: Cariori uilloriqꝫ

ue q̃ tu: Sed ullius q̃ tu: aut carius. Neq; uēdidi melioris ædes peioris ue q̃ tu: ſed melius peiuſue: Dicendū erit p̄terea Quāta pecūia equū emiſti: ſic quot minus: l uue. Quāto metiris p̄tio qd̄ ni tibi dedit⁹ eē; de: otuſq; cliēs uxor tibi uirgo maneret Liui⁹: ſi miles magis placuit cū p̄tio minore redimēdi captiuos copia fieret Itaq; gtōs illos tāti emi equū: q̃ti potui: ſic expōere nō poſſum⁹: tāti p̄tii & quāti p̄tii: S; ſic tāto p̄tio quāto potui. Et p cōpatiuū: ut illud Ciceronis. Nō pluris uendo q̃ alii: fortaſſe ēt minoris. Quū aliquē doces non ita exponas: pluris: i p̄tii & minoris i p̄tii. Sed ſic pluris. i. pluri p̄tio: Minoris. i. minori ſumma.

Tectoriū illinimentū ē: & q̈ſi pauimentū parietis atq; incruſtatio.

Tenebræ: uide luce.

Tenet. Siquis furet rē ſacrā d̄ pphano: tenet ne ſacrilegii: an furti an utroq; nō aūt utriuſq;. Qui ſubſtulerit rē ſuā de ſacro: furti ne tenet an ſacrilegii: an neutro: nō aūt neutri⁹. Accuſare hunc potes: uel furti: uel ſacrilegii: uel de utroq;. uel de ambobus: nō autem utriuſq; uel amborum Condemnare non licet de utroque. ſed de altero uel furti uel ſacrilegii. non autem ſed alterius. uel furti uel ſacrilegii.

Tentorium ubi tendimus uela. aut ſiquid inſtar uelorū habet uel ipſa potius uela. ſiue uelamenta contra iniuriam cæli.

Tenus ſemp poſtponit atq; in ſingulari utiq; cū abltō. ut hacten⁹ q̃tenus. uerbotenus. capulotenus. In plurali uero cū gtō etiā nō ſolū cū abltō. Ver. Crurū tenus a mento palearia pendēt. Curti⁹ pauci hoſtiū ten⁹ exacti penetrauere ad partū. Eſt āt ſignificatio uſq; ad Vmbilicotenus uſq; ad umbilicū. Nilotenus uſq; ad nilum. Aliq̃do etia; pro non ultro. ut geſſit conſulatum titulotenus. i. non ultra q̃ titulo.

Terebra gignit diminutiuum terebellum non terebellam.

Tergiuerſarii uide præuaricatores.

Terrenus mons potius q̃ terreus ac terraceus dicimus.

Teſtaceus ex materia teſtæ.

Textilis ueſtis q; detexta eſt.

Timeo te tanq̃ inimicum. timeo tibi tanquam amico. illic tanq̃ offēſurus ſis: hic tanq̃ defendendus.

Tinctile uirus quod tinctum eſt: aut intinctum eſt ſpiculo ſagittæ. Vergilius. Et tinctile uirus.

Titubare. uide Nutare.

Tofaceus ex materia tofi.

Tollo capio uel educo. ut ſuſtuli filiū ex uxore. i. habui filiū. Itē ſuſtuli filiū. i. educaui. Sueto. in Domitiani uita. Deinde uxorē domitiā ex q̃ in ſecūdo conſulatu ſuo filiū tulerat repudiauit. Eodē enim mō dici

mus tulit filium ut ſuſtulit. Præterea ut fœmina quum mater ſit dicit peperit filium. Ita uir quum ſit pater: dicitur ſuſtulit filium.

Tollo ſummoueo. Ver. Iubet & ſublata reponi pocula.

Tollo i altum fero: Idem: & ſublatum ſurgit in enſem. Quæ duo declarantur ex illo i Neronem epigrãmate quis neget Aeneæ magni de ſtirpe Neronem Suſtulit hic matrem: ſuſtulit ille patrem. hic ſuſtulit matrem quia occidit. & de medio abſtulit. Ille ſuſtulit patrẽ ſupra humeros: quia ſupra humeros ſumpſit uel ab incendio eripuit.

Tonatio non tonitio dicitur: & ſi tonitum dicimus.

Tornatile poculum: quod tornatum eſt: & torno factum.

Tortilis anſa: ꝙ retorta & replicata eſt.

Tua: uide Mea.

Tui: uide Mei.

Tum: uide Cum.

Turba: uide Rixam.

Turmatim per diuerſas turmas.

Tutus portus: tuta urbs: quæ tutatur alios: non ꝙ ab aliis defendat. Tamen ſæpe paſſiue in hominibus: ut Tutus ſum ab hoſtibus ꝙ munitus & ſine periculo ſim.

Traiicio exercitũ in tranſporto exercitũ tranſmare: aut trans flumen

Traiicio mare uel flumen. i. trãſeo. Aliquando utrũq; coniunctim ut Liuius. traiecit copias iberum. Et plancus: traiecit exercitum iſaram.

Ttractim trahendo: non interrumpendo: ſeriem ſequendo.

Tranſmigrare: uide Cõmigrare.

Trapezita. uide Argentarii.

Tributarius qui ſoluendo tributo obnoxius eſt.

Trimus. uide Anniculus.

Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes triſtior hic ex parte triſtis accipitur inquit priſcianus. quia comparatiuũ pro minori ui accipitur q̃ ipſum poſitiuum habeat. Sæpe autem per ſe poſitum pro ipſo poſitiuo. ut comites ſenioris aceſtæ pro ſenis. In quorum utroque eſt cauſa cur aliquid nos addamus.

Nam illud triſtior plane pro triſtis non pro ex parte triſtis accipit: Vt ait Quintilian⁹. utimur uulgo comparatiuis pro abſolutis: ut ſiquis ſe infirmiorem appellans. Non dixit minus quam infirmus. & hoc Senior potius pro ualde ſenex quam tantum ſenex. De quo latius Vide in littera. S.

Triticeus ex materia tritici ut panis triticeus.